DE BURGRAVIIS MAGDEBURGICIS, PRAESIDE DN. CASP. HENRICO HORNIO, IC. POTENTISSIMI...

Caspar Heinrich Horn, Paul Christian Schroeter, Valenti Gonzaga



ILLVSTRIBVS. ATQVE. EX-

DOMINO.

BERNHARDO. ZECH.

POTENTISSIMI. POLONIARVM. REGIS. AC. SERENISSIMI. PR. ELECTORIS. SAXONIS. STATVS. MINISTRO. ET. CONSILIARIO. INTIMO.

DOMINIS. ET. MAECENA-

COROLLARIA.

I.

Forma Status Imperii ſpecifica conſiſtit in ſola κοινωνίᾳ τῆς ἀρχῆς πολιτικῆς.

II.

Titulus pro herede, nullo titulo defuncti ſubnixus, ad uſucapionem non ſufficit.

III.

Ad præſcriptionem feudi Eccleſiaſtici quadraginta anni requiruntur.

IV.

Super exceptione veritatis jusjurandum recte defertur ei, qui injuriarum actione alium convenit propter crimen ſibi objectum.

V.

Ei etiam, pro quo alioquin præſumitur, deferri jusjurandum poteſt.

VI.

Mater Saxonica liberis bona immobilia donat, etiam ſine curatore.

VII.

Poteſtas circa Sacra Statibus Imperii non demum per Pacem religioſam, & Inſtr. P. W. competere cœpit, ſed jam diu ante, una cum aliis territorialis ſuperioritatis partibus, quæſita eſt.

VIII.

Imo a temporibus Henrici Aucupis, et Ottonum, usque ad tempus Reformationis, Principes Germaniæ in territoriis ſuis, quadam in rebus Eccleſiæ poteſtate uſos eſſe, probari poteſt.

AD

AD

NOB. DN. RESPONDENTEM, JVR. CAND. DIGNISSIMVM,

PRAESES.

NOn pœniteat te, doctisſime Schrœtere, quod a ſeverioribus tantiſper juris privati ſtudiis, quibus maxima animi alacritate incubuiſti, avocari te paſſus es, & ad hanc rerum patriarum jurisque publici perduci disquiſitionem. Ita enim amœnitatibus iis frueris, quas harum rerum doctrina ſuppeditat, atque ſimul hoc conſequeris commodum, ut Germanicarum rerum, & præcipue Saxonicarum ſcriptores cognitos familiaresque tibi reddas, penetresque in magnam partem a Saxonibus geſtorum, juriumque, quibus inclyta gens PRINCIPVM noſtrorum uſa eſt olim, & in hunc usque diem fruitur & gaudet. Qua parte non ſatis laudare poſſum indefeſſum tuum ſtudium, quo magna conſtantia in evolvendis mecum quam plurimis auctoribus defunctus, a quibus non faſtidio non ſatietate abalienatus es, fruſtraneus quamvis labor ſæpe fuerit, nec id, quod ſtudioſe quæſivimus, repertum. Quam egregie vero & in hiſce rebus, tum & in aliis, quæ ad

 uni-

universam juris artem pertinent, profeceris, quave disserendi facultate polleas, publice nunc ostendis; postquam nuper admodum Ordinis nostri solenni scrutinio te subjecisti, atque eam reportasti laudem, qua illi ornari cumularique solent, qui optime steterunt, & omni ex parte satisfecerunt expectationi. Quam rem omnem & tibi, tum et optimo tuo Parenti, Collegæ nostro honoratissimo, ex animo gratulor, hujusque causa gaudeo, quod filium suarum virtutum imitatorem educavit, & in eo nunc loco videt constitutum, unde plures lætandi causas sperare & præstolari potest. Et hæ non deficient certe, si, de quo nullus dubito, ita pergas, quemadmodum cœpisti; nec deponas animum, qui ad omnia præclara tendit, Patronosque nanciscaris ac Fautores, Commendatoresque, qui conatus tuos honestos juvent, atque in campum te deducant, quo vires tuas experiri, easque publicæ rei & commodis ejus possis consecrare. Hos, precor, ut copiosos & propitios habeas, utque illorum maxime illustrium & excellentissimorum VIRORVM, qui de summa publicæ rei summe merentur (quos DEVS servet!) gratiam, quam demisse ambis, tibi feliciter conciliare liceat. DEVS vero Optimus Maximus, a cujus nutu omnia pendent, quibus humana absolvitur felicitas, faxit, ut omnes cogitationes tuas, tuorumque, lætus sequatur eventus, atque ex tuis quoque laboribus virtutibusque patriæ sua nascantur, & augeantur incrementa!



CELLENTISSIMIS. DOMINIS.

D·O M I N O.

JOANNI. AEGYDIO. ALEMANN.

DYNASTAE. CLIENTELAE. SCMIEDEBERGAE.

EJVSDEM. POTENTISSIMI. POLONIARVM. REGIS. ATQVE. ELECTORIS. SAXON. STATVS. MINISTRO. ET. CONSILIARIO. INTIMO. AC. SVPREMI. RE-RVM. METALLICARVM. DIRECTORIS. VICEM. GERENTI.



TIBVS. SVIS. BENIGNISSIMIS.

HANC.

JVRIS. PVBLICI. DISSERTATIONEM.

CEV.
QVALECVNQVE.
INDVSTRIAE. ACADEMICAE.
SPECIMEN.
IN.
PVBLICVM. SVBMISSAE. OBSERVANTIAE.
AC.
VENERATIONIS. TESTIMONIVM.
SVB.
VITAE. LONGAEVAE.
AC.
PERPETVAE. FELICITATIS.
APPRECATIONE.
VETERI. QVIRITIVM. FORMVLA.
DICAT. ET. CONSECRAT.
SIBIQVE.
PERENNEM. IPSORVM. GRATIAM.
DEMISSO. ANIMI. CVLTV.
EXORARE. CVPIT.
HVMILLIMA. PARENDI. LEGE.
CLIENS.

PAVL. CHRISTIAN. SCHROETERVS.



DE

BURGGRAVIIS

MAGDEBURGICIS.

---

§. I.

Πύργος apud Græcos turrim significat, ab igne ita di- *Burgum*
ctus, quod instar columnæ ignis cœlum appetat. Na- *unde?*
tum forte inde est apud Romanos sequioris ævi, *Valen-*
tiniani præsertim, *τὸ Burgus*, quo *castellum parvulum* signi-
ficabatur, ceu testatur VEGETIUS *Lib. 4. c. 50.* Habetur hæc *Signific.*
vox in *L. pen. Cod. Theod. de his, qui condit. propr. reliqu.* & *L. vocis ap.*
pen. C. de Fund. rei priv. nec non *in L. 2. §. 4. C. de Offic. Præf. Romanos.*
Prat. Afr. unde *Burgarii* dicuntur, qui *Burgis* serviunt, & eos
custodiunt. GODOFR. *ad Tit. Cod. Theod. de Burgariis.* Apud *Quid si-*
Germaniæ populos, & Saxones præsertim, *τὸ burg* eadem *gnificet*
significatione, qua castro vel castello æquipollet, in usu fuit, *apud Ger-*
& adhuc hodie est. *Vid. Art. 7. Weichbildi.* Quorsum illa per- *manos?*
tinent, quæ von Burggrafen *in Spec. Sax. & Svev.* passim ha-
bentur, & quod DN. COCCEJUS docet *Jpr. publ. 15. 25.*
burga, uti *palatia*, esse domos publicas, sed *has* congregandi
causa factas, *illas* defendendi. Atque fortasse *Teutonicis* do-
mestica fuit, non mutuata a *Græcis*, ceu vetera nomina *Asci-*
burgium, Teutoburgium, & Laviburgium indicant, & late com-
probare conatur CLUVER. *Lib. 1. Germ. Antiqu. C. 13. p. 110.*
& 111. Invaluit tamen etiam, ut congregationes hominum

A tum

tum muris cinctæ, tum his destitutæ *Burgi* dicerentur. Plerumque tamen vox *Burg* oppido vel villæ addi solet, quando oppido vel villæ arx vel castrum adjacet. Antiqua in hanc rem monumenta adducuntur a *Fresnio in Glossario* hac voce. Ex quo est, quod multæ insigniores Germaniæ urbes nomen a burgis acceperint, ut *Reginoburgum*, *Magdeburgum*, *Rotenburgum*, *Weissenburgum*, *&c.* Equidem LAMBECIUS *Lib. II. Rerum Hamb.* se nunquam legisse tradit *burgum* pro *urbe*. Sed tamen OROSIUS *Lib. 7. c. 2.* ISIDORUS *Lib. 9. c. 2.* de *Burgundionum* vocis origine differentes, *crebra habitacula constituta Burgos vocatos* fuisse *vulgo*, aperte testantur. Clarius adhuc *Luitprandus Lib. 3. C. 12.* Ipsi (de *Germanis* loquitur) *domorum congregationem, quæ non clauditur, burgum vocant.* Idem ex *Ottfrido*, qui Francorum seculo floruit, & scripsit, docet B. SCHURZFLEISCHIUS, *de Consul. Cibin. §. 7.* Atque hinc *burgensium*, Bürger, & *Burgimagistrorum* nomen ortum. Delata quoque fuit vox *Burgi* a *Francis* & *Saxonibus* in *Galliam* & *Angliam*, ubi & hodie ea oppidum significat, quamvis de oppidis minorum gentium fere soleat usurpari. Galli etiam suburbia *Fauxbourg* dicunt. Plura de hac voce legi possunt ap. KYLLINGER *de Ganerbiis*, *Disc. 3. n. 3. seqq.* HERING. *de jure Burg. Concl. VI.*

Gravius quid?

§. II. Nomen *Gravii* seu *Gravionis* Graffens vel Gräffens, diu apud Germaniæ populos in usu fuit, atque axiomati *Comitis* respondet. Utrum autem illi *Comites, qui Principibus jura reddentibus, per pagos & vicos, consilii & auctoritatis causa adfuerunt*, quos TACITUS memorat, *C. 12. d. Morib. Germ. Gravii* jam tum *a Germanis*, Graffen, dicti fuerint, dubium est.

Origo vocis.

Pariter incertum, unde origo vocis petenda. Qui a *gravitate*, & sic ex Latio, vel a Græcis ἀπὸ τοῦ γράφειν, eam petunt, illi parum, quod nobis verisimile est, tradere videntur. Rectius faciunt illi, qui ex vernacula ortum ducere hanc vocem tradunt, & vel originariam existimant, vel

vel a *canitie*, seu voce grau, quod antiquitus munus tale judicandi Senioribus demandatum, vel a voce Krafft, vel, quod forte optimum, a *fossis*, Graben, quoniam castra fossis pariter ac pagi, quibus *Gravii*, præerant, mit denen Landwehren, Landgraben, circumdabantur. *Vid. D. Thulemarius de Octov. C. 17. n. 9.* Scilicet notum est, *Francicos* Reges atque Imperatores esse *Romanos* imitatos, qui, Germania superata, illam per Duces & Comites regebant, de qua re *Notitia Imperii & Commentarii* PANCIROLLI *P. 2. C. 25. 48.* consuli possunt. Expulsis nempe *Romanis*, *Franci* summam tenentes rerum, provincias huic Imperio subjectas, per Duces, & his adjunctos vel subordinatos Comites, seu Gravios rexerunt, interdum etiam solis Comitibus vel Graviis regendas concessere. Quin & *Carolus M.* gravibus de causis Ducatus, quod Duces nimia potentia turbas dare auderent, & immorigeros vel suspectos redderent se, sustulit, & in Comitatus Ducatus illos divisit, eosque per Comites administravit, quod ex EGINHARDO, *in vita Caroli M.* & LEHMANNO, *Lib. 4. C. 16.* discimus. Sub posteris tamen Caroli Duces iterum invaluerunt, atque mos ille per Duces & Comites regendi provincias & pagos ad Germanicos, & primum quidem Saxonicos Reges & Imperatores translatus est, quorum tamen Ducum & Comitum potestas ex administratoria in propriam & hereditariam est commutata. *Conf.* CONRING. *de Duc. & Com. Imp. th. 13. seqq.* Quin & successu temporis varia Comitum genera suborta sunt, prout nempe Comites variis rebus occupabantur. Qui in *Palatio* Imperatoris vel Regis jus reddebant, aliaque obibant munia, *Comites Palatini* vocabantur; qui *Burgis* præerant, & in illis jus dicebant, *Burggravii*; qui provinciis mediterraneis præfecti, *Landgravii*; qui limitaneis *Marggravii*, qui *Gauis* vel pagis, *Gogravii*, (quamvis alio sensu in Jure Saxon. hæc vox accipiatur, *Lib. 1. Art. 56. & Gloss. fol. 136.*) dicebantur. Dabantur etiam *Zentgravii*, qui suberant tanquam Vicarii: *Co-*

Mores Francorum.

Genera Comitum.

mitibus, quorum Comitatus in *centenas* dividebantur. DN. THOMASIUS, *de Jur. & Magistr. differentia*, *secund. mores Germ. C. 104. 105.* SCHILT. *de Comit.* §. Vicarii judices, & interdum *Burggravii* dicebantur. DN. THOMAS. *d. l.*

§. III. De his omnibus agere, nunc non licet; sed saltem nobis cum illis res est, qui *Burggravii* dicuntur, quos latinus textus Juris Saxon. *Lib. 3. Art. 52. in fin. Castellanos perpetuos* interpretatur, & alibi *Burgvoigtos* dictos fuisse constat. B. EYBEN. *de Tit. Nob. p. 34.* Alibi etiam Voigte, *vid. Art. 17. Weichbildi*, ibi: Und wird darum beklaget vor den Voigt, das ist, vor den Burggraffen; belehnte Voigte, *Advocati infeudati*, *Lib. 3. Art. 64. Jur. Saxon.* sæpe etiam *Comites* simpliciter dicuntur. Ita enim quos textus latinus, *art. 2. Lib. 1. Jur. Sax. Comites*, & Saxonicus Graffen dicit, Misnicus Burggraffen appellat. *Burggravii* illi dicti sunt, qui ab *Imperatoribus & Regibus castris & burgis, atque adjacentibus terris & urbibus præfecti fuerunt, ut illas regerent, atque ibidem jus dicerent.* Quoniam vero antiquis temporibus, quibus Ecclesiis Imperatorum ac Regum benignitate opes & bona possidere licuit, religio tamen erat, illos, qui sacris Ecclesiæ ministeriis operam navabant, a cura animarum abstrahere, Principibus illis svetum fuit, curam administrandi bona Ecclesiæ aliis committere, quos Advocatos & Vice-Dominos vocarunt, quibus etiam tutela & defensio Ecclesiarum, simulque potestas dicendi jus in terris ad Ecclesias istas pertinentibus, concredita: factum inde est, ut Burggraviis quoque hoc genus muneris simul committeretur. Quia enim in urbibus insignioribus, ubi Præsules Ecclesiarum seu Episcopi degebant; burgi vel castra habebantur, quæ sibi servare solebant Imperatores, nemini quoque melius, quam hisce administratio ista concredi potuit, & defensio. Forte etiam huc & illuc *castra* vel *burgi*, ideo exstructi, ut in gratiam Ecclesiarum Præfecti seu Burggravii sedem habere ibidem una cum Episcopis possent. Interim tamen quamplurimi Burggraviatus extiterunt,

Burggravii.

Burggravii quid?

Defensio Ecclesiarum & administratio illarum bonorum eis credita.

terunt, quibus cum Ecclesiarum rebus nihil commune fuit, quive res seculares atque terras, Imperatoribus & Regibus solis obnoxias saltem rexerunt, inque illis jus & justitiam administrarunt, qualis *Norimbergicus* fuit, & *Rotenburgicus*, illeque, cujus GROTIUS meminit *d. Antiqu. Batav. Republ. C. 5.* ad *Wasenarios* olim pertinens, in agro, ubi urbs *Lugdun. Batavorum* a *Normannis* diruta, olim sita; illique qui *Ganerbiis* præfuere, qualis in hunc diem superest *Friedberga in Weteravia.* Negandum etiam non est, temporis successu, ex concessione vel conniventia Imperatorum & Regum Episcopos Burggravios & Advocatos sibi ipsis constituisse; vel etiam seculares Principes in territoriis suis, postquam hereditaria facta, Burggravios quosdam habuisse, de qua re infra dicenda quædam venient. *Conf.* LEHM. *Chron. Spir. L. 3. c. 343.* MAGER *d. Advoc. Arm. C. 5. n. 106. Chron.* PEUC. *Lib. 5.* SPANGENB. Adelsp. *Lib. 10. C. 20. Albin. Chron. Misn. T. 8. fol. 97.* KYLLINGER. *d. Ganerb. D. 3. n. 148. Pom. Chron. Sax. p. 162.* & plures alii allegati a DN. OCKELIO *de Palat. Reg. th. 51. 53.*

§. IV. Quo vero tempore nomen *Burggraviorum* innotuit, incertum est. *Caroli M.* ætate id ignotum fuisse sentiunt KRANZ. *Lib. 2. Sax. C. 12.* ubi ita: *Arcem* eo loco (Magdeburgi) *fuisse* comperio *cujus Dominum postea dixere Burggravium: nam illa ætate (Caroli M.) incognitum erat hoc nomen.* GRYPHIAND. *d. Colossis Weichb. C. 62. n. 5.* Vix etiam ex Carolingico ævo indubium monumentum produci poterit, quo pro Burggraviis quicquam adstruatur. B. SCHURZFL. *de Vitr. Eccl. §. 8.* Negandum tamen non est, in *Francicorum* Regum monumentis, & illis præsertim, quæ ad *Carolingicos* pertinent, *Comitum urbium*, *civitatum vel Præfectorum urbium* nomen passim obvium esse; cujus rei varia collegit exempla SAGITTAR. *in Antiqu. Thur. L. IV. C. 4. §. 1.* Quos *Comites urbium & civitatum* reapse cum illis, qui post *Burggravii* dicti, eadem potestate & dignitate gavisos esse,

Origo Burggraviorum.

Non est ex secul. Carolingorum.

 ambi-

ambigendum non est. Sæpe etiam, & forte plerumque *Comites illos Civitatum*, qui postea *Burggravii* dicti, *Comites* pagi simul fuisse. Obriste Land-Voigte, Land-Richter, idoneis monumentis probari potest, ita, ut eandem, ac Landgravii, dignitatem gesserint, MAGER *de Advoc. Arm. C. 2. n. 82.* SAGITTAR. *d. l. n. 2.* LEHM. *Chron. Spir. L. 2. C. 18.* Quamvis & nomen *Landgraviorum* scriptoribus & monumentis ævi *Francici* & *Carolingici* familiare, imo cognitum, quantum nobis constat, non sit, LEHM. *Chron. Spir. L. 2. C. 17. pr.* ibi: Derer Graffen sind nur dreyerley, unter der Carolinorum Regierung, Pfaltzgraffen, Graffen, und Centgraffen, und weder Marggraffen, noch Landgraffen im teutschen Reich zu befinden. Ut adeo credibile sit, sub Regibus & Imperatoribus *Saxon.* & ævo præsertim *Ottoniano Burggraviorum* nomen innotuisse. Quod & probant MELANCHT. & PEUCER. *in Chron. Carion. p. 817. Burgwardi* nomen, quod ap. DITMARUM *Zorewicko* tribuitur, & idem ac *Burggraviatum* Soraborum significat, antiquius forte est, vid. B. SCHURZFL. *de March. Misn. th. 1. lit. a. in F.* Equidem *Wittekindum, Wittekindi Regis filium a Carolo M. Præfectum Soraborum declaratum esse, & possessiones paternas Zorvvekam, & Budsciam inter Albim & Salam retinuisse*, FABRIC. *Lib. V. Orig. Sax. p. 511.* auctor est: *unde &*, idem scribit, *Soraborum Landvoigtum* & *Zorvvecka Burggravium & Budsecia dominum se nuncupavit.* Pariter LAZIUS *d. Migrat. Gen. L. 9. n. 9. p. 660. tradit, Wittekindum II. Primi filium, Wigberti, ac Waltberti fratrem germanum Burggravium a Ludovico I. constitutum in Zorbeck, in tractu inter Salam & Albim, primumque ædificasse Witthyn, quod hodie Vitemberga nuncupatur, adversus Soraborum & Slavorum incursiones: unde Marchiones de Wittin descendunt.* Sed unde hæc, præsertim, quæ de *Burggravii* titulo & *urbe Witemberga* habet, hauserit, FABRICIUS, ut & LAZIUS, incertos esse sinunt lectores. In Jure Saxon. mentio fit passim Burggraviorum *Lib. 1. Art. 2. Lib. 3. Art. 52. Weichb. n. 17.* Ceterum varios in

Ex ævo Sax. Imp. petenda.

Germa-

Germania Burggravios recenset GOLDASTUS, *Const. Imp. P.1.17.18.* ALBINUS *in Chron. Misf. T. 8. §. 97. Spangenb.* im Adelsp. *Lib. X. C. 20.* quorum tamen omnium dignitas æqualis non fuit. *Vid. inf. §.*

§. V. Illud vero hic præterire non possumus, non deesse, qui existimant, inter *Pfalzgravios* & *Burggravios* nullam fuisse differentiam. Sic legimus in W. HACKII *Chron. d. Comit. Templim. edito illustratoque a doctissimo Paulini: Burggravius & Pfalzgravius idem mihi est, quod enim nos vocamus burg vel borg, alii appellant* Pfaltz, *vel Pals, quæ vox aulam seu palatium significat.* Meminimus etiam, in alio scripto *Dn. Paulini* legisse, *Pfalzgravii* axioma *Francis*, *Saxonibus* autem *Burggravii* deberi, reapse unum ac idem esse. Sed licet *Burggravii* nomen *Saxonibus* deberi non negaverimus, distincta tamen & apud eos hæc munia fuisse, dubium non est, & differentia *C. P. Saxoniæ* & *Burggraviorum Magdeb.* satis docet. Non magnopere urgebimus, *Comites Palatinos* in palatiis Regiis jus dixisse; *Burggravios* vero in *burgis*, vel *castris*: quoniam *Palenz*, Pfaltz, etiam sæpius apud veteres, quemcunque locum ubi jus redditur, etiam ab inferioribus judicibus, significat. DN. THOMAS. *d. Magistr. differ. §. 59.* DN. OCKEL. *de Palat. Reg. th. 86.* Nec negabimus, utrosque etiam rei judiciariæ vacasse. Sed illud etiam negari nequit, gradus differentiam inter illos hac parte deprehendi. Namque non tantum in Aula Imperatorum & Regum Comites Palatini fuere, qui aulam regebant, præsidebant Senatui Principis, & jus dicebant; verum & in provinciis majoribus, quorum publico statui, & bellicæ rei Duces præficiebantur, Comites Palatini erant constituti, & Ducibus adjuncti in Palatiis Regiis, qui præter alia munia, loco ipsorum Imperatorum & Regum, supremorum judicum munus exercebant, & rem judiciariam dirigebant, per totum illum tractum, qui Ducatus vocabatur. *vid. differt. de Comit. Palat. §. 2. 13. 14.* Horum itaque judiciis subfuere Burggraviorum dicasteria, quæ

Differ. Pfalzgraviorum & Burggraviorum.

quæ certos tractus respiciebant in *Ducatu*, ita, ut ab his ad illa provocare licuerit. Erant etiam causæ quædam, quæ ad solum Comit. Palat. forum pertinebant, atque in palatio, vel aula Cæsarum, iis præsentibus, motæ, & quæ ad res Fisci Imperatorii vel Regii, vel ad ipsos Reges pertinebant, *Conf.* CONRING. *de Jud. Germ. th.38. seq. Cens. Diplom. Lind.* DN. THOMAS. *de Differ. Magistr. th. 86.* quamvis non negaverimus, Comites Palat. hosce in causis gravioribus ad Reges retulisse, vel ab hisce ipsis, cum in hac vel ista provincia essent, judicatum fuisse. Id quod præsertim in causis Principum fieri solitum fuit. Legimus tamen, & Marggravios agnovisse judicium Burggraviorum, quod de *causis civilibus levioribus* accipimus. *Lib. 3. Art. 52.* Land-R. Ut taceamus Burggraviis etiam bellicam defensionem castrorum demandatam fuisse; & prætereamus ea munia, quæ apud Ecclesias seorsim Burggravii obire solebant. *Conf.* PEUC. *Chron. Car. Lib. V. p. 813.* SPANGENB. *Spec. Nob. Lib. X. C. 20.* TEXTOR. *Jus Publ. L. XI. p. 691.*

Institutum ad Magdeb. Burggrav. pertinet. Variæ eorum appellationes.

§. VI. Nobis nunc non de omnibus, sed de BURGGRAVIO saltem MAGDEB. qui unus ex maxime celebribus est, dispicere visum. Quem Burggravium *Autor. Chron.* MONTIS SER. ad annum 1136. & CHRONOGR. SAXO *ad ann. 1131. & 1136. Magdeburgensem Præfectum*, Burggraviatum autem *Comitatum Magdeburgensem* simpliciter vocant. Idem CHRONOGRAPHUS ad ann. 968. *Præfecturam* in Magdeburg administrasse dicit *Fridericum, ap. D. Leibn. in Access. Histor.* In *libello de fundatione Cœnobii* BIGAVGIENSIS ad annum 1124. Burggraviatus hic *Præfectura in Magdeb. principalis* dicitur, quem obtinuit *Wicpertus* Marchio, dicto anno extinctus. Legitur ibid. hunc *Wicpertum in villa Halle Advocatiæ causas administrasse.* Similis appellatio *Præfecturæ principalis* in literis de anno 1159. 1187. ap. SPANGENB. *Chron. Henneb. C. 9. 16.* reperitur. In *art. 13. Weichb.* dicitur der obriste Voigt von dem GOttes-Haus in Magdeburg. *a. 14.* Oberste des GOttes-Hauses

Hauses *a. 44.* Der höchste Richter zu Magdeburg, *in Chron. veteri Scabin. Magd.* des GOttes-Hauses höchster Voigt, DN. OCKEL. *d. Palat. Reg. p. 179. D.* Comites ad Albim quoque hos Burggravios dictos antiquitus fuisse, SPANGENB. *Spec. Nob. P. 1. C. 20. p. 118.* tradit. Conf. WERNER. *Chron. Magd. p. 10.*

§. VII. De urbis *Magdeburgi* origine, sollicitum esse, non est nostrum institutum. *A Romanis*, & quidem a *Julio Cæsare* conditum esse, & *a Druso* innovatum castrum hocce, fabula merito habenda est, quousque liquido probatum non est, *Romanos* unquam in has *Germaniæ* magnæ partes penetrasse, quod quidem a nemine factum esse novimus. LEUBER. *de Jure Stap. n. 384. 410.* Vid. SAGITTAR. *Antiqu. Archi-Episc. Magdeb. §. 14. seqq.* Tempore *Caroli M.* qui his regionibus victa *Saxonica* gente, subactaque imperavit, nomen *Magdeburgi* jam cognitum fuisse, *Capitularia* ejus Imperatoris satis testantur. In *Capitulari II. an. 805.* hæc habentur *apud Baluzium p. 426. De negotiatoribus, qui partibus Slavorum & Avarorum pergunt, quousque procedere cum suis negotiis debeant*, i. e. *partibus Saxoniæ, usque ad Bardenwich, ubi prævideat Hredi, & ad Schesla, ubi prævideat Madalgoz. Ad Magadoburg, prævideat Hatto, ad Erbisfort prævideat Madalgaudus, &c. Quod si venti fuerint portantes, omnis substantia eorum auferatur ab eis, dimidia quidem pars partibus palatii alia vero medietas inter iam dictos Missos, & inventorem dividatur.* Extat ejusdem *Capitularis* altera editio, quam ex antiquis Manuscriptis Codicibus BALUZIO *pag. 431.* debemus, ubi post illa *Ad Magadoburg prævideat Atto, &c.* hæc habentur. *Quod si inventi fuerint portantes, omnis substantia eorum auferatur ab eis, dimidia quidem pars partibus palatii, alia vero medietas inter Comitem & inventorem dividatur, & inter jam dictum Missum.* Repetitur & hoc *Capitulare apud* BALUZIUM *Lib. 3. p. 755. Lib. 6. p. 968.* ubi tamen nulla *Comitis* mentio fit. Quod & fit apud GOLDASTUM *in Const. Imp. Tom. III. pag. 156. edit.*

Origo Magdeburgi.

Nomen hoc jam ævo Carol. M. cognitum.

Missi Regii vel Comites

Magdeburgi fuere. *edit. nov.* Discimus vero ex iis simul, & *Missos* suos imo & *Comites Magdeburgi* habuisse Imperatores. Scilicet eo ævo τὸ *previdere* proprium fuit Comitum, quod ex aliis Capitularibus patet, præsertim *Caroli Calvi an. 877. ad Carisiacum cap. 9. ap.* BALUZIUM, ibi: *Comitatum prævideat, usque dum nobis nunciatur, item Comitatum prævideat, donec ad nostram perveniat notitiam, &c.* Ex quo non male colligit SAGITTARIUS *Lib. 4. Antiqu. Duc. Thur. C. 4. §. 6. Madalgaudum, Madalgoz, Hattonem*, & alios &c. quorum in dictis Capitulis mentio fit, *Comites* fuisse. Nam licet in quibusdam locis Missi vocentur, tribuitur tamen τὸ *providere* illis, quod *Comitum* proprium est, & *Comitis* in uno illorum quoque diserte mentio fit. Neque ignotum est, & alias quoque *Missos dominicos seu seculares* plerumque *Comitum* dignitate vel Gravionum gavisos esse, *vid. Sagitt. d. l. C. 17.* Quod vero BERTIUS tradit, *Carolum* arcem *Magdeburgi* condidisse, varieque illum locum ornasse, nec non constituisse ibidem *Burggraviatum*, & erexisse statuam *Rulandi*, quæ etiamnum in foro conspicitur, *Lib. 3. Rerum Germ. p. 611.* illud ex antiquis monumentis probare decuisset.

Urbis Magdeb. initium. §. VIII. Hoc vero certum, *Magdeburgum* à Slavis & Vandalis post *Caroli M.* tempora, sæpius eversum, devastatumque, atque ab *Henrico Aucupe*, cum toto illo tractu iis ereptum, sub *Ottone M.* justæ urbis rationem induisse, qui postulante svadenteque Editta uxore, cui *dos* locus ille datus erat, muris, portis, & fossis locum exornavit, metropolin fecit, atque Abbatiam primum & monasterium, postea Archi-Episcopatum ibidem condidit, WITTECHIND *Lib. II. & III. in f.* DITTMAR. *Lib. II.* HELMOLD. *Lib. 1. C. 2.* ADAM. BREM. *Lib. 2. C. 7. vid. Erectio-Eccles. Magdeb. in Archi-Episc. in Concil. Ravennat. apud* MEIBOM. *Tom. I. p. 731. 733.* CHRONOG. SAXO *ad an. 538. seqq. Chron. Magdeb. apud Meibom. Tom. II. p. 269.* Quæ fundatio & erectio incidit in annum 967. Propositum

qui-

quidem fuit Ottoni, jam dudum condere Episcopatum: sed Præsulis Halberstad. Bernhardi pertinacia id impedivit, *Vid.* SAGITT. *in Antiqu. Magd. Archi-Episc.* §. *65. 92. seq.* Inter illas vero Slavorum & Vandalorum incursiones, devastationesque jam ante *Ottonis* tempora, vel etiam ævo Caroli M. imo forte & ante illud, *arcem* seu *burgum Magdeburgi* fuisse, eique præfuisse *Præfectos*, vel *Comites*, qui vim hostium sustinuerunt, nemo temere dubitabit. Non piget huc transferre locum KRANZII *ex Lib. III. Metrop. C. X. p. 65. Halberstadiensi Ecclesiæ per hæc tempora præfuit Bernhardus, ordine VII, Burggravius Magdeb. quasi tenens imperium in Albi flumine, quo modo Comes Palatinus in Rheno. Antiquissima enim memoria in Magdeburg erat munitissimum arcis receptaculum, circumpositis casalibus piscatorum in morem vici aut oppidi non clausi. Arci præerat Nobilitas Burggraviorum, qui origine Saxones, an Vandali fuerint, incompertum est. Saxones fuisse libet credere, qui circumpositis Vandalis imperarent, ex quibus originem duxit iste Bernhardus.* Alibi nempe *Lib. IV. C. 7. Saxon.* ita: *Erat etiam Burggravius de Magdeburgo, qui Regi permisit, ut eam arcem primæ conjugi donaret titulo propter nuptias.* Alibi *Lib. III.* nempe *C. 24.* paulo aliter stylum moderatus erat. *Erat in eo loci ab olim arx non contemnenda, cui præerat Burggravius: sed eo tum mortuo, pervenit illud præsidium ad reginam, brevique coaluit, ut haberet in donationem ab rege propter nuptias.* De qua *donatione* alias, vel *datione in dotem*, varia diplomata testantur. SAGITTAR. *A. A. M.* §. *42.* Ætatem vero Ottonis titulum Burggravii præcedere, vel cui tempori, cuive Auctori debeatur, *Kranzius* definire non audet: quem & decuisset Diplomata vel alia monumenta adducere, quibus comprobari queat, utrum Henrici Aucupis, vel Ottonis I. ævo innotuerit. Sane Caroli M. ætate incognitum hoc nomen fuisse, fassus ipse KRANZIUS *L. 11. Sax. c. 12.* ceu jam præcepimus.

An origo ab Heinrico Auc. petenda?

§. IX. Sunt qui primum Burggravium ab *Henrico Aucupe* constitutum, & Burggravium illum tempore *Ottonis* mor-

mortuum fuisse statuunt, inter quos POMARIUS *Chron. Sax. p. 163.* & AMMERSBACH. *Chron. March. p. 76.* Apud GOLDASTUM statuta & privilegia hastiludiorum *Tom. I. p. 211. 213.* referuntur, quae Auctore *Henrico Aucupe an. 938.* dicuntur condita. Inter *Principes*, qui tum praesentes fuere, refertur etiam *Fridericus Burggravius Meydburgensis.* Sed illa res merito suspecta habetur, nam *Henricus Auceps*, eo tempore jam mortuus fuit; obiit enim, ut annales testantur, *ann. 936.* Multa etiam ibid. deprehenduntur, quae aevo isti non conveniunt. Ut unum saltem eorum adducamus, mentio fit *Comitis Palatini Rheni*, quae appellatio tamen vel Ottonum tempore, vel post illud orta est, FREHER. *Orig. Palat. C. 3. p. 43.* Et sane omnia illa, quae apud GOLDASTUM, & RUXNERUM, & aliis de torneamentis istis habentur, merito aevo *Henriciano* haud deberi, affirmat D. SCHUBART. *in Diss. de Ludis Equ. p. 15.* SPANGENB. *Lib. X. C. 20. Spec. Nob.* meminit quidem hujus *Friderici*, quem ludis equestribus Magdeburgi *an. 933.* interfuisse scribit; ipse tamen istum non agnoscit primum Burggravium; verum fratrem *ejus Geronem* substituit, quem *an. 930.* & sic ab Henrico Aucupe constitutum opinatur. Huic *Geroni* duo contigere filii, *inquit Spangenb.* unus, qui *Geronis* nomen gessit, alter cui *Bernhardi* nomen, hic Episcopus Halberstadiensis factus, (quod non convenit cum Genealogiis, quae apud MADERUM ante *Chron. Montis Ser. p. 44.* habentur, & apud AMERSB. *Chron. March. p. 80.*) ille vero *Burggravius Magdeb. an 939.* & quidem beneficio Edittae Imperatricis, *eodem* SPANGENB. *auctore.* Hic est autore eodem *Spangenbergio*, ille *Gero*, qui *Coenobium Gerenrodense* fundavit, *Marchioque Lusatiae*, & *Brandenburgensis* fuit, de quo *apud Wittechindum, Dittmarum, Autorem Chron. Montis Sereni*, alibique multa praeclare gesta, & insignia elogia leguntur. Historiam ejus vitae recenset HOPPENROD. *in Annal. Gerenrod.* MEIBOM. *in Not. ad eum, & ad Wittecb. T. I. p. 703. T. II. p. 466.* Atque de *Gerone* hoc accipit MEIBOM.

ad

ad Wittecb. d. l. ea, *quæ in Chron. vet. MS. Archi-Episc. Magdeb.* habentur: *ipsum primum fuisse Burggravium Magdeb. eique defuncto successisse Hermannum Billingium*; quo cum facit POMAR. *Chr. Sax. p. 163.* AMERSB. *Chron. March. p. 86.* B. SCHURZFL. *Diss. d. Wittecb. §. 7.* quæ si sequamur, primus Burggravius ab *Henrico Aucupe* constitutus esse nequit. POMARIUS vero illum ipsum *Geronem* fundatorem Cœnobii Gerenrod. *ab Henrico Aucupe* primum Burggravium constitutum esse vult *in Chron. Sax. p. 163.* HOPPENROD. *in Geneal. Princ. & Com.* & nostri *Geronis* avum ejusdem nominis Burggravium Magdeb. fuisse scribit. MEIBOM. *ad Ann. Gerenrod. p. 467.* Vocatur iste Gero *in Chron. Lauterberg. edit. Mader. p. 36.* DUX & MARCHIO. *Temporibus*, ait Autor, *denique I. Ottonis Imperat. duo fuerunt fratres, Gero Dux & Marchio, & Sifridus Comes.* Quod axioma Epitaphio illius: *Anno Domini DCCCCLXV. XIV. Kal. Jul. obiit Illustriss. Dux & Marchio Gero, hujus Ecclesiæ fundator, cujus anima requiescat in pace, Amen.* inscriptum fuisse; testes idonei sunt MEIBOM. *d. l. ad Wittecb.* & HOPPENROD. *in Annal. Gerenc. p. 425. in Meibom. T. I. Rerum Germ.*

§. X. Hanc ob causam recentiores quidam nostra ætate, quod nemini per tot secula in mentem venit, *Ducatum de Gerone* quendam Brandenb. exstruere conantur. Quam sententiam ex *Ottonis I.* Diplomate, quo donatio duarum civitatum *Loburg* & *Tuchim* anno 965. facta, continetur, maximum robur accipere putat *Clarissimus Vir*, qui formulam Ducatus illius magno eruditionis apparatu descripsit, §. 4. *lit. e.* Nostrum institutum non patitur, hanc sententiam justo nunc scrutinio subjicere; non possumus tamen, dum in diploma hoc, nostro etiam instituto inserviens, incidimus, quod integrum reperitur *ap.* LEUB. *d. Stap. Sax. n. 160.* & quousque huc pertinet ap. SAGITT. *in Antiqu. Magdeb. Archi-Episc. §. 79.* quin moneamus, nihil plane de DUCE Gerone ibid. haberi, sed eo loco, quo vox DUCIS reperiri dicitur, *τὸ duas* legi *Digressio de Gerone Duce.*

legi Scil. *in Disp. d. Form. Duc. Brand.* d.l. verba Diplomatis quæ huc pertinent, ita exhibentur: *consilio Poponis etiam. Wirzburg Ecclesiæ Episcopi*, *atque* GERONIS MARCHIONIS DUCIS. Hic abrumpitur filum, & nobilissimo Auctori nihil placuit ex reliquis verbis addere Diplomatis, verum hæc saltem subdere visum est: *& quæ sequuntur, neque enim integrum nobis est, totum hic recitare.* Sed non piget integrum repetere monumentum, uti apud LEUBER. & SAGITTAR. dd. ll. extat: *In nomine sanctæ & individuæ trinitatis. Otto divina opitulante clementia Imperator Augustus: si sanctis ac venerabilibus locis nostrorum interventu fidelium ex nostra regia vel imperiali largitate aliquid largimur, id nobis ad præsentis vitæ statum & æternæ retributionis emolumentum capessendum prodesse confidimus. Quapropter omnibus fidelibus nostris, præsentibus scilicet ac futuris notum esse volumus. Quomodo nos ob spem divinæ remunerationis nostrorumque criminum pro absolutione in futuro magni judicii die, pro statu quoque & incolumitate regni vel imperii nostri, pro sanitate etiam nostra dilectæque conjugis nostræ athelheidis, vel filii & æquivoci nostri carissimi regis videlicet Ottonis, nec non & interventu ac petitione ejusdem athelheidis nostræ conjugis. ceterorumque nostrorum fidelium consilio popponis etiam wirciburgensis ecclesiæ episcopi, atque* GERONIS MARCHIONIS DUAS CIVITATES NOSTRÆ REGIÆ VEL IMPERATORIÆ PROPRIETATIS *luborn & tuchime nominatas, in occidentali parte Albiæ fluminis & in pago moroszanorum sitas, atque in* COMITATU PRÆDICTI MARCHIONIS GERONIS *cum omnibus appendiciis suis tam in mancipiis utriusque sexus, quam ædificiis, pratis, pascuis, silvis, venationibus, terris cultis & incultis, agris campis, viis, & inviis, aquis aquarumve decursibus, molendinis, mobilibus, & immobilibus, exitibus & reditibus, quæsitis, vel inquirendis, vel omnibus utilitatibus, illuc jure aspicientibus, deo, sanctoque martiri mauritio, nostro scilicet patrono in magadaburg liberaliter in perpetuam proprietatem trans-*

transfundimus & donamus. & ad opus vel usum fratrum ibidem, deo servientium deputamus. ut in perpetuum teneant, & possideant, & suis usibus juxta libitum adjungant. Et ut hoc nostræ magnitudinis preceptum, seu nostræ munificentiæ donum a cunctis fidelibus in futuro tempore firmum & stabile permaneat, hanc cartam scribi, anulique nostri impressione signari jussimus. quam & manupropria subtus firmavimus. Ex hoc vero patet, non *Ducis*, sed *duas* legi, atque hanc lectionem toti seriei verborum maxime convenientem esse, neque etiam in sequentibus, ubi iterum *Geronis* mentio fit, quicquam de *Duce* haberi. Posset hoc dubium tolli ex Authentico, si inspiciendi illud potestas esset, quæ inspectio satis doceret, utrum τὸ *Ducis*, vel τὸ *duas* ibid. haberetur. Hoc enim certum, in antiquis istis monumentis facile oculos decipi posse, & loco DUAS DUCIS legi.

Gero, an Burggravius dictus.

§. XI. In antiquis, & coævis monumentis hunc *Geronem Burggravium* dici, legisse non meminimus. Fit tamen sæpius & in hoc ipso Diplomate mentio *Comitatus Marchionis Geronis*, in quo illæ civitates duæ *Loburg & Tuchim*, quæ haud procul a *Magdeburgo* sitæ, tunc temporis fuere, & quidem in occidentali parte Albis fluminis. *In alio Diplomate Ottonis d. an. 946. ap.* LEUBER. *n. 1185. Imperator donat Ecclesiæ Magdeb. S. Petri & B. Mauritii & Innocentii, quædam bona in Northuringia in Comitatu Geronis in Magdeburgarmarco. In Tabb. Ottonis de an. 937. XI. Kal. Octobr. ap.* MEIBOM. *Tom. I. p. 741.* & SAGITTAR. *Antiqu. Archi-Episc. Magdeb. §. 45.* itidem quædam ex Comitatu *Geronis* donantur. Simile Diploma *sub n. 1590. producit* LEUBERUS, *quo an. 938. Otto* Rex tertio anno regni sui, Magdeb. Ecclesiæ donavit quædam in pago *in Northuringiæ in Comitatu Geronis.* Per quem *Comitatum Geronis* id intelligi oportet, quod vel tum vel postea *Burggraviatus Magdeb.* dictus est. Nam & sequentibus temporibus Burggraviatus iste *Comitatus* simpliciter dici solet, ceu testantur

tur loci supra allegati. §. VI. Reperitur & ap. LEUBER. *sub n. 1590.* Diploma, de an. 938. ubi *Comitatus Geronis* jam mentio fit, quod de *Geronis* magni illius patre accipiendum esset, si, SPANGENBERGII rationes sequamur, qui illum *an. 939.* demum genitori successisse tradit. Alii de *Gerone* indefinite loquuntur, nec, de quo sentiant, exprimunt.

Advocat. Eccles. Magdeb. Ottoni I. debetur.

§. XII. Quicquid vero horum omnium sit, illud certum est, nexum inter Ecclesiam Magdeb. & Comitem, seu Burggravium Magdeb. tum demum ortum, ubi ab *Ottone I.* fundatio illius Ecclesiæ facta, atque tunc Præfectum istum Imperatorium Advocatum istius Ecclesiæ constitutum fuisse, SPANGENB. *Spec. Nob. Lib. X. cap. 20. pag. 318.* Et huc forte respiciunt illi, qui originem Burggraviorum Magdeburg. *Ottoni M.* adscribunt. Sicuti autem Comitatus vel Burggraviatus Magdeburgensis ipse ab antiquis temporibus, ab auctoritate Imperatorum & Regum, Francicorum & Germanorum pependit, & auspiciis summorum Principum Præfecti illi constituti sunt; ita nemo dubitabit, *Advocatiam* istam auctoritati eorundem Imperatorum & Regum, & primitus quidem Ottonis I. tribuendam esse, qui cogitat, illis adhuc temporibus Antistites Ecclesiarum ab administratione & cura rerum temporalium abstinuisse; ac licet ex benignitate Principum amplissima bona acceperint, non tamen istorum administrationem, nec Regalia, saltem non illorum exercitium, ipsis data fuisse; sed exercitium Regalium, administrationemque bonorum pariter, ac defensionem Ecclesiarum ab Imperatoribus & Regibus Advocatis esse demandatam. Vid. illi, quos supra alleg. & SCHILT. *ad J. F. A. C. 1. §. 1. n. 4.* Sane cum tot tantisque beneficiis Ecclesiam *Magdeb.* exornaverit *Otto I.* plane verisimile non est, hanc illum curam neglexisse, ut de Advocato sua auctoritate constituendo non cogitaverit: cui muneri magis idoneus reperiri haud potuit, quam qui castro, pago, vel comitatui isti Magdeburgico jam tum præfectus erat. Et factum id esse, illa,

quæ

quæ in sequentibus dicemus, satis comprobabunt, ex quibus intelligere licebit, omni tempore a Cæsaribus muneris dignitatem, & auctoritatem accepisse Burggravios nostros, & exercuisse, SPANGENB. *Spec. Nobil. Lib. X. C. 20. p. 318.* Et si quas partes fortasse habuit in constitutione horum præfectorum *Editta*, *Ottonis* uxor, nonnisi tamen ex beneficio mariti Cæsaris habuit, & commendationis rationem procul dubio haud excesserunt, atque omnis auctoritas Burggraviorum ab ipso Cæsare pervenit. Non inconveniens est seculo *Ottonum*, Augustas consortes imperii sive regni dici, quod consortium tamen magis honoris fuit, quam rei ipsius, vid. *Jurispr. Publ. C. 19. §. 4.* Non putamus ab instituto nostro alienum esse, si inseramus excerpta ex veteri Chron. MS. Magdeb. Scabinorum, quæ communicavit DN. OCKEL. *in Tr. de Palat. Reg. pag. 178. Lit. D.* Magdeburg hat vor Olters twe Richter gehat, tho wertlichen Gerichte den **Borg Grafen nebst den Kayser**, wente de entfenget den **Bann von Könning ane Mittel**, und leit den Bann vort an den Schulteten tho Geistlichen Gerichten hebben de von Magdeburg den Bischoff nebst den Pabst: Nun ist das wertliche Gerichte tho den Geistlichen gekommen. Also dat de Bischoff ock Borggrafe ist geworden, das sind sacke de Keyser, und de Borgere also gy hören schüllen; duß schall man wethen, dat dat Borggrafen Amt yß von Older ein Graf Hershop gewesen, er dat Bischoffdohm hier demacket ward, de Grafeschap leyet de Kayser, Kayser Henricke, und Kayser Otto syn Sone wente de Grafeschop hörde en ohne Herrschopp. do das Rücke noch in Francken lag, Aber do dat Rücke in Saßen qvam, da qvam düße Stadt, und düße Grafschop, do dim Gottes Huse, also dat de Bischoff dat Borggrafen Amt solte lyen, und dat Guth, dat dartho höret, Aver denn **Bann sulte der Borggrafe an den Rücke söcken**, up datt he richten möge, aber hand, und ober Halß: datt schaach

darumme, dat de Burggrafe solte das Gottes huß verfechten, und helpen beschirmen, tho weltlicher Rechte: Wente de Bischoffe hetten in den tyden, lever Casele, wete Platen, un Predigten lever, wenn sie Dagedingeten, So gengen o lever tho Chore, wenn se in die Herfarth togen, Sie legen lever tho Schlapp-Huse, wenn tho felde, Sie horden lever in den Psalter tho Dische lesen, wenn den Hußmann ab den thore blasen, und Finde roffen, darumme wort de Borggraffe den Gottes-Huse tho Vogete gesant, und was des Gottes-Huß Högest. Vogt genannt.

Moventur dubia. §. XIII. Equidem turbare hanc sententiam, quæ Burggraviorum constitutionem auctoritati Cæsareæ tribuit, videntur diplomata ævi Ottoniani quædam, quæ adud LEUBER. *de Stap. Sax.* habentur. Primum exhibetur sub *n. 1182.* atque privilegium est *Ottonis I. an. 937.* XI. Kalend. Octobr. Ecclesiæ Magd. habenti tum rationem Abbatiæ adhuc, datum, quod & reperitur in MEIBOM. *Tom. I. inter Diplom. Ottonis M. p. 741. & Tom. III. in Chron. Berg. p. 290.* SAGITTAR. *d. Antiqu. Magdeb. Archi-Episc. §. 45. Apolog.* der Reichs-Voigt. *C. 1. p. 82.* in quo varia bona Ecclesiæ huic donantur, simulque hoc illi impertitur, *ut familiæ illorum, scil.* qui in locis donatis Ecclesiæ habitant, *coram nullo nisi Advocato eorum justitiam secularem cogantur exercere.* Adduntur & hæc: *Electionem eis concessimus, Abbatem inter se eligendi, & Advocatum, quemcunque velint, Abbatem tamen dignum.* Aliud paucis diebus post datum V. Kal. Octobr. ejusdem anni exhibent SAGITT. *d. l. §. 49.* ubi eadem formula circa *Abbatem* & *Advocatum* legitur. Tertium habetur sub *num. 19.* apud LEUBER. MEIBOM. *Tom. I. inter Diplom. Otton. p. 749.* estque ejusdem Ottonis I. In illo offert Otto *an 965. bannum Regiæ vel Imperatoriæ dignitatis in urbe Magd. opus construendæ urbi, ac circumjacentibus illarum partium incolis suo Regio vel Imperatorio*

torio juri debitum Ecclesiæ in eadem civitate constructæ, sanctoque Mauritio in jus perpetuum. Postea addit: *Et ne Judæi vel ceteri ibi manentes negotiatores ullum aliunde, nisi ab illo, qui eidem Ecclesiæ præfuerit, districtionis aut disciplinæ sententiam, vel regularem sustineant, volumus, & firmiter jubemus, præscripti vero nostri banni Deo, sanctoque Mauritio a nobis oblati, nullus vel Comes vel Vicarius, vel Judex, vel Tribunus, vel Exactor, vel aliqua persona in eadem civitate sibi usurpandi, aliquam aliam in scriptis legem, aut disciplinam exercendi potestatem habeat, nisi ipse, qui eidem loco vel* Ecclesiæ *præfuerit, Advocatus, quem* nostro consensu *sibi & eidem Ecclesiæ præficiendum elegerit.* Quartum est, *Ottonis Ruffi sive II. an. 978.* datum ap. LEUBER. *n. 1613.* & MEIBOM. *T. II. p. 375. qui annum 979.* habet, quo S. Martyri Mauritio, & ipsius Ecclesiæ in Magadaburg constructæ, *Imperatoriæ suæ auctoritatis bannum super eandem Ecclesiam (Magd.) & civitatem ea ratione dedit, atque perpetualiter concessit, ut nullus Comes neque Advocatus, aut exactor vel alicujus dignitatis præfectus in sæpe dicta civitate, vel suburbium ei undique secus inhabitantibus, aut in posterum habitaturis negotiatoribus, sive judæis, aliisque cujuscunque conditionis inibi morantibus, aliquam judiciariæ severitatis, aut ullius temeritatis habeat exercendi potestatem, nisi quem prædictæ urbis Archi-Episcopus, quisquis unquam fuerit, sibi ex voto elegerit Advocatum.* Simile ex anni 973. monumentis est apud MEIB. *Tom. II. in Not. ad Chron. Magd. p. 373.* ibi: *statuentes ne quis Comes vel judex vel Vicarius publicus in Magdeburg civitate vel territorio ejus nisi Advocatus, quem Archi-Episcopus illius Ecclesiæ secundum suum lubitum sibi elegit.* Habetur quoque ibidem OTTONIS III. præceptum *981.* datum, *p. 375.* quo privilegia & beneficia priora confirmantur omnia, quæ Pater & Avus indulsit, & denique additur clausula: *præter eum, quem ipse, qui modo nt Ecclesiæ præsidet Archi-Episcopus, suique successores, elegerint*

gerint Advocatum. Ex quibus omnibus satis aperte sequi videtur, primitus statim non ab Imperatoribus vel auctoritate eorum, sed ab ipsis *Abbatibus* & *Præsulibus*, Advocatos fuisse constitutos; quibus & ipsum *bannum* a Cæsaribus datum in istis tabulis legitur. Succenturiari huic sententiæ videtur. *Chron. illud Scabin. Magd.* §. *XII.* in medium adductum his verbis: Also datt de Bischoff das Borggraffen Amt solte lyhen, und datt Guth datt dartho hört.

Diluuntur. §. XIV. Sed non desunt, quæ reponi possunt. Quod *ad I. Diploma* attinet, non agit illud de constitutione *Burggravii* qua talis, nec de Advocato totius Ecclesiæ, sed de Advocato particularium quorundam bonorum, quæ tum data sunt Monasterio Magdeb. Nam & tales particulares Advocatos Ecclesiis datos fuisse, MAGER. docet *d. Advoc. arm. C. 11. n. 54.* DN. OCKEL. *de Palat. th. 132.* Imo nec tum de Archi-Episcopatu erigendo res fuit, sed de Monasterio saltem, quod tamen & ipsum non eo tempore, quo vel consilia de hac re capta, vel initium ea exequendi factum est, sed, ut *Dittmarus Lib. II. tradit*, post prælium contra Hungaros *an. 955.* commissum, conditum est, ut MEIBOM. *in Chron. Berg. Tom. III. p. 291.* vel ut rectius SAGITTAR. *de Antiqu. Magdeb. §. 60. 63.* censet, accessionibus auctum, vel εἰς ἀκμὴν deductum est. Quod ad Diplomata reliqua attinet, eadem responsione rem expedit DN. OCKEL. *d. l. Auctor Apologiæ* der Reichs-Voigtyen. *p. 84.* existimat, *Ottonem I. quidem liberaliter obtulisse Ecclesiæ Archi-Episcopali* BANNUM, *quoniam tamen ævi ejus religio abhorruit ab imperio, & judicio, sangvinis maxime, credibile esse, Ecclesiam ejusque Præsules hanc gratiam non acceptasse, atque adeo rem omnem istam reliquisse provisioni Cæsaris, cum sequentium temporum monumenta satis doceant, Advocatos auctoritate Cæsarum & Imperii munus exercuisse.* Sive autem acceptaverint, sive non, bannum oblatum, una cum aliis

& fa-

& facultate eligendi Advocatum; oppido tamen notandum est, illis & sequentibus temporibus etiam tunc, si bannum concessum fuit Episcopis & Ecclesiis, non licuisse tamen exercitium hujus rei cuique dare, nisi consensu & auctoritate Regis ipsius, cujus fuit concedere *bannum*, vel investire illum, quem Præsul Regi præsentavit. Non piget verba adscribere *Spec. Suev. Cap. 85. n. 2.* Hat ein Pfaffen Fürst Gericht von dem König, der mag niemand davon keinen Bann gelyhen, daß es den Leuten an ihren Leib oder an ihr Blut-Vergiessen gang, Und empfiehlet er einen Richter, also sein Gericht, daß er über die Blutrünse richtet, er wird schuldig an allen denen, die ihr Blut vergiessen. Und will er recht thun, so soll er den Richter zu den König senden, dem er sein Gericht sendet, und leihet, und mag der dar nicht kommen, so soll der Pfaffen-Fürst seinen Boten zu den König senden, daß er seinen Richter den Bann an einen Brieff sende, und ist auch recht. Cui jungendi sunt alii textus *C. 110. in Jure Feud. Suev. C. 43.* Alle Bischoffe empfahen von dem König Müntz und Zoll, Etliche empfangen Fahnen-Lehn, und etliche weltliche Gerichte ꝛc. Der über der Menschen Blut richt, und den Bann von den Römischen König nicht empfangen hat, dem soll der Römische König die Zunge heissen ausschneiden, oder er soll sie lassen nach des Königs Gnaden. ꝛc. Quem textum egregie explicat SCHILT. *ad C. 43. Juris Feud. Alem.* Pertinent huc etiam textus *Juris Saxon. Lib. I. Art. 59. Lib. 3. a. 64.* Ex quibus item patet, nemini Bannum Regium exercere licere, nisi auctoritate Regia. Ita enim loco priori habetur: Bey Königs Bann mag kein Mann dingen, er habe denn den Bann von dem Könige empfangen, wer bey Königs-Bann dinget, der den Bann nicht empfangen hat, der soll dem König wetten seine Zunge. Loco posteriori: Sechzig Schillinge wettet man den Graffen und Voigt, der unter des Königs-Bann dinget, ob er von dem

Könige den Bann selbst hatt, des Königs Bann mag niemand leihen, als der König selbst. Etsi itaque jus eligendi & præsentandi illum, qui Bannum regium exercuit, Burggravium vel Advocatum, Archi-Episcopo Magdeb. fuit; electio tamen ista, vel præsentatio minime suffecit, sed opus fuit, ut accesserit auctoritas & investitura Imperatoris. Et hoc ipsum aperte indicat Diploma, *Ao. 965.* scriptum, ubi electio Advocati quidem Ecclesiæ vel Archipræsuli conceditur, sed præstruitur tamen, ut Advocatus ille *Cæsareo consensu* præficiatur. Atque tam amplis verbis utitur ibidem Otto, ut innuat, se de Advocato loqui, omnis generis qui exerceat jurisdictionem. Et licet in reliquis diplomatibus nihil habeatur diserte de consensu Cæsareo: non tamen ideo existimandum est, cessisse jure suo Imperatores, quod retinere voluisse, & reapse etiam retinuisse Cæsares, ex illis, quæ sequentibus temporibus gesta, satis apparet. Nota quippe est nostratium regula: actus, qui sequuntur, declarare intentionem præcedentem, quam late exponit STEPH. GRATIAN. *Discept. For. C. LVIII. n. 25.* Exemplum ex ævo *Lotharii* adducemus *§. sequ.* ubi Archi-Episcopus Cæsari Burggravium præsentavit, qui postea ab illo constitutus est. Quod vero attinet ad *Chron. Scabin. Magd.* quoad bannum Regium, quo criminalem jurisdictionem innuit, fatetur, illud ab Imperio accipere, & ab eo petere debere Burggravium, ibi: Wennte de empfänget den Bann, von den Konning ane mittel. &c. it. aber den Bann sulte der Burggraffe an den Rücke söcken, up datt her richten mögte, aber Hand und ober Halß. In reliquis vero verbis supra excitatis respicit forte ad jurisdictionem civilem, quam progressu temporis Archi-Episcopi, ut ex infra dicendis apparebit, ad se quodammodo pertraxerunt. Quod vero ibidem habet, *Burggraviatum*, qui antea *Comitatus Cæsareus*, & *Imperii* fuit, ita esse Ecclesiæ unitum, dat de

Bischoff

Bischoff dat Burggraffen Ammt solte lyhen, und dat Gut, dat der do heret, illud quidem aliis monumentis repugnat. Nam Cæsares constituisse Burggravios, & de hoc munere investivisse, constans usus docet: & si intuitu jurisdictionis civilis investituram Archi-Episcopi accipere velis, nec ullibi tamen quicquam de hac re legitur. Ut adeo Autori huic, qui procul a temporibus Ottonis abest, & forte ad sui ævi, quo vixit, usurpationes respicit, si aliis testibus destituatur, tuto credi non possit.

§. XV. Successio horum Burggraviorum multis dubiis est involuta. Aliter enim hic rationes ineunt PHILIPPUS & PEUCER. *in Chron. Carionis L. V. p. 812.* POMAR. *in Chron. Sax. p. 163.* SPANGENB. *L. I. C. X. Spec. Nobil. p. 318.* & *in Chron. Querf. p. 258. 270.* DRESSERUS *Mill. VI. Part. II. 417.* aliter FRANC. IRENICUS *in Exeg. Germ. L. 3. C. 112.* alii aliter. Quorum sententias recensere, & conciliare, nimis longum foret. Bene vero nobiscum egissent, si fontes indicassent, ex quo sua hauserint. *Chron. MStum*, supra laudatum *Hermannum Billingium sufficit Geroni; Cui* PHILIPPUS, PEUCERUS, DRESSER. SPANGENB. & POMARIUS, assentiuntur, æque ac LAZIUS *de Migrat. Gentium L. IX. p. 667.* ubi ita: *Hermannus ab Ottone judex primum Magdeburgi, dein ob præclara facta mortuo Gerone Burggravio, Burggravius ejusdem civitatis constituitur, & postremo apud Luneburgum Comes & Princeps inauguratus donatur insignibus, leone ceruleo in aureo clypeo, it. Illustris A. H. E. T. I. p. 264.* Forte & eo pertinet, quod apud ADAMUM BREMENSEM L. II. c. 4. HELMOLD. L. I. C. 10. ALBERTUM STADENSEM *ad annum 961.* legitur, quod *Hermanno Otto I. antequam Ducatum Saxoniæ meruit, vices præfecturæ, vel præfecturarum commisit.* Hermanno vero *Lotharium* filium, & post eum *Luthardum, Fridericum*, (*cujus Lutardi l. Luitharii & Friderici meminit.*

Successio Burggraviorum.

Hermannus Billingus.

Chrono-

CHRONOGR. SAXO loco supra allegato, ad annum *968.*) *Conradum* ac *Manfredum* Walbeccenses successisse, POMARIUS ac SPANGENB. tradunt. Quo *Manfredo* cæso, in prælio apud Sylvam Wülffen-Holtz 1079. sub *Henrico* IV. *Dietericus*, *Comes Plocensis*, Burggraviatum consecutus est, cui *Udo Brandenburgensis*, *exul* dictus, successit, qui ad filium Udonem II. & nepotem *Henricum* illum transtulit. SPANGENBERG. d. l. POMARIUS d. l. omisso *Udone* II. post *Henrici* excessum Querfurtenses Dominos collocat, & quidem *Burchardum*, ait, primum fuisse, qui *beneficio* LOTHARII *Saxonis* hac dignitate exornatus. Sed SPANGENBERG. Hermannum Plocensem inserit, & Wigpertum *Marchionem*, *imo & Henricum filium Wicperti. Confer. Chron. ejus Querfurtense Lib. II. C. 55. p. 255.* Sane de hoc *Wigperto Marchione*, & Fundatore Bigaugiensis Monasterii an. 1124. defuncti, atque *Henrico* F. libellus de fundatione istius Cœnobii hæc habet: *Hic invaluerat prædiis & beneficiis in Provincia nostra, quæ Sworbia dicitur. Monarchiam quoque in Luziz, ac præfecturam in Magdeborch principalem obtinuerat. Cum enim in villa* Halle, *ubi Advocatiæ causas administrabat, pernoctaret, expergefactus, ignem accensum nudis pedibus extinxit, semiustus inde lectum repetiit &c.* Et paulo post: *Successit ejus filius Comes Henricus: &c.* De eodem *Henrico* filio *Wigperti* hæc leguntur in *Chron. Montis Sereni* ad annum 1136. *Henricus Marchio & Magdeburgensis Præfectus, filius Wiperti, ad curiam pergens Moguntiæ moritur II. Kal. Jan. cui in Comitatu Magdeburgensi successit Burchardus frater Archi-Episcopi.* CHRONOGR. SAXO ad ann. 1136. similia fere habet: *Henricus Marchio & Magadab. Comes tunc ad Curiam pergens Mogont. obiit, cui in Comitatu Magadab. Burchardus frater Archi-Episcopi successit.* Egit quoque de hoc Henrico *Magadab. Præfecto*, ut eum vocat, ad an. 1131. & ejus successione in Marchiam. Scilicet apud *Lotharium* Saxonem, qui

Wicpertus & Henricus.

Comit. Querfurtenses.

qui præerat tum imperio, commendatio Archipræsulis *Conradi* tantum valebat, ut *Cæsar*, quem præsentaverat *Burchardum* frater ejus *Conradus*, de Burggraviatu investiret. SPANGENB. L. II. c. 55. *Chron. Querfurt.* scribit: Es habe Ertz-Bischoff Conrad Ihm (Burchardum) dem Capitel und auch seinen Vetter Käyser Luthern, der ihn alsbald darzu bestättiget, vorgeschlagen. Et hoc sensu intelligendus est Autor *Chron. Magdeb. apud* MEIBOM. *T. III. R. G. p. 328.* ita de hac re scribens: *Secundo ordinationis suæ (Conradi) anno Henricus Marchio, qui & Magdeburg. Comes fuit; obiit, & præfecturam urbis, quam ipse tenebat, fratri suo Burchardo commisit, pro qua ipse tradidit Ecclesiæ de proprietate suæ tantum prædiorum, unde singulis annis utilitas 30. talentorum proveniat.* KRANZ. *L. V. Metr. c. 2.* ita. *Obierat per id tempus Burggravius Magdeburg. sine prole legitima, & suffectus est Imperiali beneficio Burchardus frater Archi-Episcopi Conradi.* Atque sic ad familiam Querfurtensem Burggraviatus dignitas pervenit, in quorum familia per sesquiseculum substitit, quæ & ipsa Comitatum Mansfeldensem sibi acquisivit, atque ob Dynastiam *Schrapelau Schrapelavensis* familia a quibusdam dicitur. Seriem illorum recenset SPANGENB. in dictis locis, & HENNIG. *Sec. & Tert. Regn. in IV. Monarch. P. II. p. 104.* Ultimus fuit *Gebhardus*, cum judicio familiæ herciscundæ circa annum 1275. portio *Querfurtensis*, obvenit, cum frater ejus *Burchardus* Mansfeldensem acciperet Comitatum. Cessit etiam hic *Burchardus* in gratiam fratris *Burggraviatu Magdeburgico*, quem antea administraverat: *Rosenburgum* tamen sibi servans, quoad vixerit. Debemus hæc SPANGENBERG. qui monumenta Querfurtensia studiose perquisivit, cujus verba, quibus & infra opus erit, ex *Chronico Querfurtensi* huc transscribere licebit. Ita autem ille *L. III. C. 20.* Er (Burchardus) hat anfänglich auff Manßfeld sein Hoff-Lager gehabt, und weil er im Burggraffen Amt gewe-

Gebhardus ultimus ex hac fam.

sen, mehrentheils zu Rosenburg an der Elbe haußgehalten, auch hernach, als er allbereit die Burggraffschafft seinem Bruder übergeben, dasselbige Schloß ihm (da zu wohnen) fürbehalten, denn er des Orts zu seyn, sonderlich Lust gehabt, daher er auch nach derselben Zeit in vielen Brieffen, um und nach dem 1290. Jahr datiret, sich den alten Burggrafen, oder Burggraffen zu Rosenburg geschrieben, denn also finde ichs, Burchardus Dei gratia quondam Burggravius de Magdeburg, dictus de Rosenburg. *Et C. 21. L. III.* Um diese Zeit hat Burggraffe Burckhardt mit seinen Brudern Herrn Gebhardten in die Herrschafften sich getheilet, also, daß er und seine Erben sich aller ihrer Ansprüche an dem Theil Querfurt, so sie bißher noch mit gehabt, verzeihen, und am Manßfeld allein gnügen lassen wolten, dagegen, sein Bruder und dessen Erben der Herrschafft Manßfeld sich begeben, und an Querfurt solten benügen lassen, doch hat Herr Burckhardt auch bewilliget seinem Bruder nach Verrichtung etlicher wichtiger Sachen, auch die Burggraffschafft Magdeburg aufffzulassen, doch den Tittul biß an sein Ende zuführen, und das Hauß Rosenburg, ihm die Zeit seines Lebens zur Wohnung für zubehalten, wie sich denn dargegen auch Herr Gebhard und seine Söhne, weil sie gebohrne Manßfeldische Graffen gewesen, Graffen zu Manßfeld geschrieben.

An hereditarium munus fuerit?

§. XVI. Antequam vero ad *Querfurtenses* Burggraviatus pervenit, hereditarium illum fuisse credibile non est. Nam etsi tempore *Ottonum* & sequentibus, partim etiam jam antea munera Ducum & Comitum, quæ personalia & temporaria erant, licet demortuorum filios, si digni, & familiam haud temere præterire solerent Impp. & Reges, in hereditarium & perpetuum jus abierint, *Juris Publ. Prudentiæ C. 38. §. 2.39. §. 3.* nullum tamen certum indubiumque vestigium adest, idem Burggraviatui tum contigisse. Sed res stetit penes Cæsares, quamvis Ecclesiæ & Præsulis nomina-

minatio & commendatio præcedere soleret. Postquam vero tamdiu in illa familia Querfurtensium perstitit, vero haud absimile, minimum ultimis temporibus jus perenne & perpetuum Querfurtensibus obtigisse. Videtur fere id innuere SPANGENB. haud obscure indicans Burggraviatum subinde in judicium familiæ herciscundæ etiam venisse. Sed certo affirmare quid non ausimus, dum monumentis destituimur, ex quibus rem æstimare justo liceat. Sane ab adulto demum tertio decimo seculo, quo ad Electores Saxoniæ duraturo ad omnes posteros jure Burggraviatus pervenit, hereditarium jus derivandum esse existimant AMERSBACH. *Chr. March. & Magdeb. p. 157. &* B. SCHURZFL. *noster Differt. de Wittekindo Acc. §. 7.*

§. XVII. Scilicet vetera monumenta testantur, seculo, quod modo nominavimus, decimo tertio, familiam Ascaniam, quæ tum Ducatu Saxoniæ &, quod annexum erat, jure eligendi Imperatorem, & Archimarschalliæ potiebatur, munere dignitateque Burggravii Magdeburgici gavisam esse. Extat Diploma *Alberti* II. hujus nominis ex monumentis anni 1292. quod hic Wittebergæ datum est, in celeberrimi SCHURZFL. *Differt. de Vitricis Ecclesiæ §. 8.* cujus verba hæc sunt: *Albertus Dei gratia Saxoniæ, Angariæ & Westphaliæ Dux, Comes in Brenen, Burggravius in Magdeburg.* Similia monumenta 1292. & 1293. scripta apud DN. BECKMANNUM *in Reb. Anhalt. P. III. L. I. C. 4. p. 147. & P. III. L. II. C. 2. p. 321.* in quibus *Albertus iste Burggravius in Meideberg dicitur.* Etiam in Curiæ nostræ oppidanæ tabulario privilegium quoddam urbis reperitur A. 1293. datum, ubi hæc: Nos *Albertus D. G. Dux Saxonie Westval. Angarie Comes de Bren. & Burggravius in Magdeburg, nec non Agnes Ducissa Saxonie.* Quæ tabulæ sane illos erroris convincunt, qui existimant, *Alberti II.* filium *Rudolphum* demum dignitatem istam vel saltem titulum Burggraviatus primum gessisse.

Burggraviatum consecutus est. Albertus II. Ascanius:

Rudolphi I. Cæsaris auspiciis.

 Sunt

Sunt vero inter illos WERNHERUS *in Chron. Magdeb. p. 63.* CHYTRÆUS *in Saxonia L. XV. p. 380.* DRESSERUS *Mill. VI. P. II. p. 418.* Imo producit, *Dn.* BECKMANNUS, *clarissimus Vir*, *Rerum Anhaltinarum P. III. L. I. C. 4. p. 147. Diploma* ALBERTI illius & *Johannis* fratris, quod anno 1270. datum est, ita habens: *Nos Johannes* & *Albertus* (solet in aliis quoque diplomatibus interdum Johannes hic, junior licet, Alberto præponi) *Duces Saxonie, Angarie, Westphalie, Burggraviique in Meydeburg.* Sub fine harum tabularum hæc leguntur. *Hujus rei testes sunt Dn. Burghardus* quondam *Burggravius Meydeburgensis.* Qui procul dubio ille Burghardus est, cujus §. XV. mentio facta, quive circa annum 1290. & postea, teste SPANGENB. den alten Burggraffen se dixit, sive *quondam Burggravium*, & usque ad annum 1313. vixit. Cujus pater ejusdem nominis, qui circa annum 1273. diem obiit supremum, cum anno 1270. Burggraviatum adhuc gesserit, antequam Rudolphus Habsburgicus ad imperium evectus, quod anno 73. demum contigit, credibile est mendum apud DN. BECKM. *subesse*, & loco *1270.* legendum esse *1290. vel 91. 92. vid.* SPANG. *Chr. Querf. L. III. C. 20. 21. 25.*

Movetur dubium. §. XVIII. Equidem celeberrimus *Vir. P. V. L. I. C. 7. p. 43.* scribit, Archi-Episcopum Magdeburgensem, *Conradum Alberto* isti ejusque fratri *Johanni* jam anno 1270. Burggraviatum Magdeburgicum concessisse. Sed quibus rationibus hoc innitatur, non addit. Nullibi etiam hac de re quid legimus, & tum temporis e Querfurtensibus *Burghardum* præfuisse Burggraviatui, ex antea dictis constat. Quod si vero hac parte quid contigit, spes forte facta est ab Archi-Episcopo Ascaniis, de promovendis illis per nominationem Ecclesiæ ad istam dignitatem, vel Archi-Episcopus turbulento isto tempore ausus quid est, quod alias non licuisset. Sane omnes, qui de translatione Burggraviatus

a *Quer-*

a *Querfurtensibus ad Ascanios* agunt; illum ad *Rudolphum* I. Imperatorem referunt, ut PEUCERUS & PHILIPPUS, CHYTRAEUS, DRESSERUS, WERNERUS, *allegatis loc.* ALBIN. *Chron. Misn. p. 216.* LEUBER. *de Jure stapulæ N. 105. & Dn.* SCHURZFL. *de Vitric. Eccles. §. 8. & de Wittekindo §. 7.* huicque Principi, qui *filios & filias constituit in magnas divitias & honores*, ut Annales *Colmarienses* loquuntur, acceptum ferunt, quod *Albertum* hujus nominis II. (alii, sed perperam, ut dictum, *Rudolphum* substituunt) generum, filiæque Agnetis maritum lege beneficiaria perpetuo jure in possessionem Burggraviatus miserit, huncque conjunxerit cum *Electorali* & *Archimarschallatus* dignitate. Qui ipse Cæsar & aliis quoque beneficiis, *Palatinatu* nempe *Saxoniæ, & Comitatu Brenensi exornavit* generum *Albertum II.* quarum rerum tabulas testes vidisse se *Albinus* in *Chr. Misn.* affirmat, *p. 216. conf. Dissert. de Comitibus Palatinis Saxoniæ §. 9.* In Comitiis *Erfurtensibus* id factum esse LEUBERUS dicit d. l. Traditur autem in *Annalibus Monachi Erfurtensis Lamperto* adjectis, & in *Chronico MSto Erfurtensi*, Comitia illa 1290. habita fuisse, a quo anno in Actis Compromissariis Servestanis probationes Saxonicæ auspicantur, teste BECKMANN. *in Reb. Anhalt. P. IV. c. 4. p. 531. Chronicon* illud diem post festum *Luciæ* exprimit, simulque eodem tempore jussu *Rudolphi, XXIX.* raptores Ilmenavii deprehensos capite truncatos fuisse memorat. *Monachus* v. iste in his Comitiis, *Comitem de Bren* sine herede obiisse, annotavit. Utrumque durantibus istis Comitiis, quæ curiam solennissimam dicit, contigisse ait ENGELHUSIUS in *Chronico* addens: *cujus Comitis de Brene omnia bona Imperator dedit genero suo Duci Saxoniæ* (Alberto, qui teste Monacho & Engelhusio adfuit illis Comitiis) *& filiæ suæ in dotem, quæ dicuntur valere annuatim duo millia marcarum.* Refert vero hæc ad anni 1278. Festum Luciæ, secun-

 dum

dum lectionem editionis *Maderianæ p. 255.* ubi procul dubio error, vel mendum ratione anni subest. De Burggraviatu nihil ibi habetur, vero tamen absimile haud est, in ista curia solenni, quam & Archi-Episcopus *Magdeburgensis* frequentaverat, ut ex MONACHO & ENGEL. constat, investituram istam de Burggraviatu vel factam, vel confirmatam esse. ALBINUS *Chr. Misn. p. 216.* AMERSBACHIUS *Rudolphum* Cæsarem Saxoni 1293. demum Burggraviatum dedisse vult *Chronico Marchico, p. 157.* Sed cum mors *Rudolphi Cæsaris* in an. 1291. incidat, teste *Alberto Argentinensi* & *Tritbem. in Hirschgaviensi Chron.* Diplomata etiam Alberti II. repugnent, assensum non meretur. Videmus adductum Diploma ex rebus gestis anni 1276. *in Tr. de re monetar. antiqu. p. 267. a Dno.* LUDEWIG. in quo mentio fit *Alberti* Ducis Saxoniæ, & Burggravii Magd. Sed cum eo anno *Geverhardus* vixerit, & Burggraviatum gesserit, qui demum 1284. mortuus, nescio qua ratione tempore *Conradi* Archi-Episcopi *ao. 1278.* fato functi, *Albertus* Saxo Burggravius esse potuit: nisi suspicioni, de qua diximus, locum demus.

Causa cur exciderint Querfurtenses Burggraviatu.

§. XIX. Quam vero ob causam *Geverardus* ille ultimus Burggraviorum suæ gentis, quem filios habuisse ex *Querfurt. Chron. L. III. C. 30. 31. 32.* discimus, in quibus ejus linea tamen defecit, *Burggraviatu* exciderit, diligentissimus harum rerum scrutator SPANGENB. certo indicare non potest. Conjicit tamen non male, illud occasione invasionis *Helftensis factum* fuisse. Scilicet ausus est *anno 1284.* violentas impiasque manus injicere Monasterio Virginum *Helftensi*, illudque spoliare, simulque variæ petulantiæ genera cum suis exercere. Incurrit ideo censuram excommunicationis juxta *C. Si quis suadente. 17. 4. C. ultim. X. de sepulturis Cap. 5. X. de sentent. excom.* & in loco profano sepultus jacuit usque in annum sextum, postquam eodem anno 84. paulo

post

poſt vim iſtam commiſſam, ex ictu lapidis periit. SPANG. d. l. *L. III. C. 27. & 31.* Meruit *itaque* etiam pœnam banni Imperii ob fractam publicam pacem, & violationem loci religioſi, juxta *Conſtitut.* FRIDERICI II. *Moguntiacam*, quæ extat apud GOLDAST. In Reichs-Satzungen *P. II. p. 17.* WILHELMI, quæ habetur ap. DATTIUM *Rer. Germ. L. I. Cap. 4. n. 20.* quæ poſtea repetitæ ſunt a *Rudolpho I. 1287. 1291.* LEHM. *Chron. Spir. L. V. c. 108.* atque ideo juribus, dignitatibus & bonis exuendus fuit.

§. XX. In tabulis anno 1307. exaratis *Rudolphus I. Saxonie, Weſtphalie, Angarie Dux & Comes* in Brenen *Borchgraviusque in Magdeborg* dicitur, *ap.* BECM. *in Reb. Anhalt. P. III. L. 1. C. 4. p. 148.* Eadem pag. aliæ ejusdem tabulæ ad annum 1355. pertinentes producuntur, ubi *Rudolphus I.* ille iisdem titulis uſus, atque axiomati *Burggravius* in *Meydeburg* titulus *ſacrique Romani Imperii Archimarſchallus* ſubjicitur. In Diſſertat. de *Comit. Palat. Saxon.* §. 9. ex actis anni 1313. adductum eſt Diploma *Rudolphi Electoris Sax. & Wenceslai ejus fratris*, quod ita habet: *In nomine Dei Amen. Rudolphus, Wenceslaus Dei Gratia, Duces Saxoniæ, Angariæ & Weſtphaliæ, Comites in Bren, nec non Burggravii in Magdeburg.* Non poſſumus tamen diſſimulare, in tabb. ejusdem Principis, quæ ex anno *1306. 1353.* in *Deſcriptione Eccleſiæ* O. O. S. S. *Witembergenſis* a B. MEISNERO p. 6. 7. nec non a B. SCHURZFLEISCHIO de *Vitric. Eccl.* §. 7. ex anno 1339. adducuntur, titulum *Burggravii Magdeb.* abeſſe. In *Rudolphi* II. tabb: *1357. 1361.* exaratis apud MEISNER. dicto loc. p. 26. 21. titulus Burggravii etiam non reperitur; *ipſe* tamen una cum fratribus *Ottone*, & *Wenceslao* jam anno 1348. a Carolo IV. ad inſtantiam patris Rudolphi I. die Philippi Jacobi de Burggraviatu Magdeburg. inveſtitus eſt, ceu teſtatur *Beckmannus Rer. Anhalt. Lib. V. C. 7. p. 46.* Quod ad ejus fratrem, ſucceſſoremque in Elect. dignitate attinet, Wenceslaum

Rudolph. I. ſucceſſit.

Rudolph. II.

Wenceslaus.

ſc: ex-

sc. extant quidem ejus Diplomata ap. MEISNER. d. l. ex anno *1374. 1375.* desumta *p. 24. 25.* quæ carent titulo *Burggravii Magd.* quod & contingit alii eod. anno 75. scripto apud B. ZIEGLER. *de Dot. Eccl. C. 5. §. 19.* Sed tamen idem Ziegl. alias tabb. ejusd. *Wenceslai* anno 1377. exaratas *§. 23.* d. loc. exhibet, quibus titulus hic præmissus est: *Wenceslaus D. G. Angariæ, Westphaliæ, Saxoniæ, & Luneburg. Dux, Comes Palatinus Saxoniæ, Comes Brenensis, Burggravius in Magdeburg.* Eodem autem instituto jam anno 76. usum esse eum, testatur monumentum, quod adductum est *Differt. d. Comit. Palat. Sax. §. 10.* Extant quoque tabulæ §. *9.* ap. B. SCHURZFL. *de Vitric. Eccl.* ad annum *1378.* pertinentes, ubi eadem ratio retinetur, & *Burggravii* Magd. habetur nomen. Asservat nostra Curia oppidana tabulas super Jure Patronatus Altaris der ewigen Meßzene 1377. datas, ubi ita: Wir Wenceßlaw des Heil. Reichs Ertz Marschall und Albrecht Gevettern von Gottes Gnaden, zu Engern, Westphalen, Sachsen, Lüneburg Hertzogen, Pfaltz-Graffen zu Sachsen, Grave zu Bren und Burggraffen zu Magdeburg. Habentur & aliæ die Lamberti datæ 1383. quibus census, der Schoß, Senatui venditur, ubi ita: Wir Wenceßlaw des Heil. Reichs Ertz Marschall, und Albrecht Gevettern, von Gottes Gnaden, zu Sachsen und Lüneburg Hertzogen, und Burggraffen zu Magdeburg. Quod ad *Rudolphum III.* attinet, inter acta Curiæ oppidanæ literæ *Rudolphi* hujus reperiuntur anno 1390. datæ über das Vorwergk zu Hoye, ubi ita: Wir Rudolph von Gottes Gnaden, Hertzog zu Sachsen und zu Lüneburg, Burggraff zu Meideburg und des Heil. R. R. Ertz Marschall. In tabulario nostræ Academiæ literæ *Rudolphi III.* & *Alberti* fratris datæ die Ægidi 1391. habentur ubi ita: Rudolph von Gottes Gnaden des Heil R. R. Ertz-Marschalck, und wir Albrecht sein Bruder von denselben Gnaden Hertzogen zu Engern, zu Westphalen, zu Sachsen und

Rudolphus III.

zu

zu Lüneburgk, Burggraffen zu Meideburg, Graffen zu Brena und Pfalung Graffen zu Sachßen ꝛc. Vocantur istæ tabulæ Gunst-Brieff oder Rudin und Tzopkau dem Capitul verkaufft ꝛc. Idem docent Diplomata *ap:* MEISN, *d. l. p. 26.* & ZIEGL. *de Dot. Eccl. C. 5. §. 22.* illum anno *1401.* & *1412.* titulo Burggravii omnino fuisse usum. Venerunt etiam in manus aliæ, quæ non reticendæ sunt, quod titulus Electoris in illis reperiatur, quale quid alias in tabulis Ascaniis raro, &, ut quidam putant, nunquam fit, fieri tamen aliquando, hæ ipsæ, & in sequentibus adducendæ testantur. Datæ hæ sunt 1416. über den Müntz-Meister Werder, & ita præfantur: Wir Rudolph von G. G. zu Sachssen und Lüneburg Hertzog, Pfaltzgraffe zu Sachßen, Grave zu Brene, Burggraffe zu Magdeburg und des Heil. R. R. Ertz-Marschall und Churfürst. Nec dubitare licet de *Alberto III.* qui ultimus ex Ascaniis fuit, cui hac dignitate æque ac Electorali frui licuit. Una cum fratre axiomate hoc usum, tabulæ modo allatæ satis testantur, solum tamen etiam post mortem fratris id factum ab eo esse, testis est diploma, in Curia oppidana quod asservatur Anno 1422. die O. O. S. S. exaratum, ubi ita Wir Albrecht von G. G. zu Sachßen und Lüneburg Hertzog, Pfaltzgraffe zu Sachßen, Graffe zu Brene, Burggraffe zu Magdeburgk und des Heil. R. R. Ertz-Marschall. Agunt hæ tabulæ von den Stadte-Gelde. Eodem anno ab hoc Principe laniones accepere tabulas, quarum titulus hic negligendus non est: Wir Albrecht von G. G. zu Sachßen und Lüneburg Hertzog, Pfaltz-Graffe zu Sachsen, Graffe zu Brene, Burggrave zu Magdeburg des Heil. R. R. Ertz-Marschall und Churfürst. Sane in Actis illis compromissoriis, quæ inter Electorem *Johannem Fridericum*, atque *Archi-Episcopum Albertum* Servestæ intercesserunt anno 1537. Elector Saxoniæ ab Alberto II. & anno. 1290. usque ad Albertum III. & annum

Albertus. III.

1421. Diplomata produxit, quibus constantem usum Juris hujus, dignitatis & tituli apud *Ascaneos* probavit, teste Dn. BECMANN. *in Reb. Anhalt. P. IV. C. 4. p. 531.* conf. scriptum *D. Johannis Friderici Electoris* Saxoniæ ap. HORTLED. *Tom. I. L. IV. c. 9. n. 104. C. 23. n. 43.*

Num Albertus II. alienaverit Burggraviatum?

§. XXI. Non possumus hic præterire illud quod passim Scriptores tradere solent, *Albertum II.* huius nominis & III. Ducem & Electorem Saxoniæ ex Ascaniis jam anno 1294. *Erico* Archi-Episcopo, vel, ut nonnulli scribunt, ipsi civitati Magdeb. vendidisse Burggraviatum, aut oppignorasse. Placet addere verba POMARII *in Chron. Sax. p. 352.* Bey dieses Bischoffs Erici Zeiten, und wie die Annales Magdeburgenses setzen, um das Jahr Christi 1294 hat die Stadt Magdeb. von Alberto des Nahmens der III. (intelligit procul dubio *Albertum III. Electorem* & Ducem Saxoniæ ex familia Ascaniorum, & II. huius nominis: nam III. huius nominis Elector incidit in seculum XV.) Hertzogen und Churfürsten zu Sachßen, Westphalen, und Engern, Grafen zu Brena, und Burggraffen zu Magdeb. das Burggraffen-Amt vor 900 Marck Silbers (Brotuff. setzet 9000) it. das Schult-heissen Amt von Herrn Dietrich von Ebersdorff ümb 500. Marck erkauffet; und es mit dem Bedinge zum Stiffte gewendet, daß das Burggraffen-Amt vom Stiffte ohne der Bürger Bewilligung nicht verlassen, das Schultheissen Amt aber von Ertz-Bischoffen von Magdeburg; einen der alten Stadt Magdeburg, den die Gemeinde darzu haben wolte, verliehen würde; Und daß die Macht einen Schultzen zusetzen und zuwehlen bey denen Bürgern stehen solte;

Locus Pomarii.

Spangenbergii.

SPANGENB. de hac re dubie ita loquitur, *Lib. X. Spec. Nobilit. C. 20. p. 318. 319.* Ich finde aber in einen alten Verzeichnüß, daß die Bürger zu Magdeb. das Burggraffen-Amt dem Hertzogen zu Sachßen anno 1249. um 900 Marck abgekaufft, und an das GOttes-Hauß gegeben, mit der Bedingung, solches Amt nicht

nicht zuverlassen ohne der Bürgerschafft Bewilligung. Wie es aber darnach damit gehalten worden, habe ich keinen gewissen Bericht bekommen können, ohne daß sich der Ertz-Bischoff Otto Burggrafen zu Magd. geschrieben, und daß sich anno 1359 der Graff von Retz beklagt über die Magdeburger, als solten sie ihm sein Väterl. Erbe entwandt haben, weil H. Rudolph von Sachßen, seinem Vater, als er dem seine Tochter gegeben, Vertröstung gethan, bey dem Ertz-Bischoff auszubringen, ihn mit der Burggraffschafft zu belehnen, da doch die Bischöffe damahls die Burggraffschafft allbereit 65 Jahr gehabt. DRESSERUS hac parte sibi ipsi non constat. In *Millen VI. P. II. p. 419.* ita scribit. *Fuit autem Burggraviorum dignitas cum vicino oppido Gummern anno Christi 1292.* (& sic tempori Alberti secundi) *vel vendita vel oppignorata civitati Magdeburgensi viginti duobus millibus aureorum.* Quos *Johannes Fridericus Saxoniæ Dux, Elector. Anno C. 1538. exsolvit, & oppidum Gummern redemit; tum Burggravii Magdeburgensis titulum usurpare* cœpit. Antea vero p. 119. dixerat, sub *Günthero Archi-Episcopo Albertum Saxoniæ Ducem* (Albertum III. innuit) *oppignorasse Magdeburgicis Gummern & Elbenau pro 5000 sexagenis probæ monetæ Pragensis.* Ast WERNER. *in Chron. Magd. p. 63.* ad *Rudolphum I.* El. hanc alienationem refert, dum de *Erico* Archi-Episcopo agit. Die Burggraffschafft, air, eine sonderliche Herrligkeit, die zu derselben Zeit bey den Hertzogen zu Sachßen gestanden, dieselbige haben die Altstädter Hertzogen Rudolpho von Sachßen, unter diesen Ertz-Bischoffe, um etl. hundert Marck abgekaufft, und haben solches mit sonderlichen Conditionen ans hohe Stifft gegeben. Zu welcher Zeit aber diese Dignität hinwieder an die Chur-Sachßen gekommen, habe ich nicht gefunden. Alleine, daß besagte folgenden Lehn-Brieffs, Kayser Sigismundus &c. & paulo post: Es haben auch die Alt-Städter, eben damals von denen von Eygersdorff das Schultzen Amt

Dresseri.

Werneri,

umb etliche hundert Marck gekaufft, und habens gleicher Gestalt, mit sonderlichen Gedinge ans hohe Stifft gewandt. Biß um diese Zeit, sind die Scheppen zu Magdeburg mit im Rath gesessen, aber nun hinfort sind sie davon erlassen worden, Anno Christi 1294. Alii Archi-Episcopo *Erico* Regalia saltem in Albi & urbe Magdeburgo, Also auch die Stapel, Niederlage und Korn-Schiffung, non vero Burggraviatum ipsum cum omnibus ejus juribus venditum fuisse ab Alberto II. tradunt. LEUBER. *de Jure stapulæ n. 107.* Audiamus adhuc auctorem anonymum *Chronici Magdeburgici*, quod a MARQ. FREHERO accepit H. MEIBOMIUS, atque hujus nepos T*om. III. Rerum Germ.* inseruit, qui ex omnibus vetustissimus est eorum, in quos incidimus, qui hujus rei mentionem faciunt, atque usque ad annum 1512. res Magdeburgenses enarravit. Scriptor ille, sub *Erico* Archi-Episcopo haec annotavit: *His temporibus cives civitatis Magdeburg emerunt Burggravionatum, id est, officium & jus Burggravii in Magdeburg pro nongentis marcis a Duce Saxoniæ, emerunt etiam Schultetatum, id est, officium Schulteti cum suo jure pro quingentis marcis ab illis de Eckersdorff, & hæc duo ipsi cives dederunt Ecclesiæ Magdeburg: ea conditione, quod Burggravionatus non potest dimitti ab Ecclesia, absque voluntate civium: Officium autem Schulteti Archi-Episcopus, qui pro tempore esset, deberet conferre uni civium, quemcunque vellent, ita quod ipsi Cives possent eum remouere, quando vellent, & alium substituere, quem Archi-Episcopus teneretur acceptare. Usque ad ista tempora Scabini fuerunt in consilio civitatis, a quo ex tunc fuerunt exclusi, & orta sunt multa dissensiones inter consules, & magistros unionum, & Scabinos super variis causis, quæ postmodum sunt sopitæ.*

Leuberi.

Chron. Magdeb.

Dubia & incerta ista alienatio.

§. XXII. Cum itaque tam varie diversisque rationibus Scriptores rem istam tradant, aliisque monumentis in publicam lucem editis, coævis præsertim, destituamur,

mur, incertum manet, quid demum inter *Albertum II.* vel *Rudolphum I.* Electores Saxoniæ, atqve *Ericum Archi-Episcopum*, vel *Civitatem Magdeburgensem* actum. Quicquid vero illud fuerit, de eo tamen ex illis, quæ jam diximus, & in sequentibus dicemus, satis constat, tantum abesse ut Saxones toto Burggraviatu cesserint, si maxime particula quædam, vel jura nonnulla fuerint alienata; ut potius & *Albertus II.* & omnes ejus Successores, tum Ascanii, tum Misnenses, dignitatem istam cum juribus annexis constanter & fortiter sibi asseruerint, & investiturarum innovationibus, aliisque illorum tabulis Jus Saxonum subinde novum acceperit robur. Quin & ne in potestate quidem fuit, eorum sine consensu Imperatorum, de quo altum silentium est, quicquam alienare secundum notissima juris beneficiarii principia, *II. Feud. 52. 55. Jus F. A. C. 26. & SS. J. F. S. Art. LXIX.* ita, ut si alienatio inconsulto Cæsare facta esset, omni tamen vi destitueretur. Sola vero omissio titulorum subinde facta nullum argumentum præbet, ex quo necessario renunciatio juris sequatur: cum præsertim repetitus semper sit, neglectus tantisper, titulorum usus.

§. XXIII. Ad argumenta vero illa, quod *Albertus II.* non alienaverit *Burggraviatum Magdeburgensem*, inter alia & illud pertinet, quod *Rudolphus Ascanius* filiam *Helenam Johanni Comiti Hardeccio*, vel ut alias hæc gens dici solet, *Rezio* elocans, consensu *Caroli IV.* Imperatoris dotis loco *Burggraviatum Magdeburg.* hac lege dedit, ut, si sine liberis masculis conjuges decederent, Burggraviatus ad *Rudolphum* & Posteros rediret; interim vero das Burggraffen-Gericht zu Halle *Rudolpho* relinqueretur: qui Johannes & titulo Burggraviatus usus est. Tabulæ istæ scriptæ sunt Pragæ die *Michael. anno 1355.* innovatæque ibid. die Jovis post diem Gregorii 1365. D. BECM. *in Reb. Anhalt. P. V. L. I. c. 7. p. 46.*

Datio in dotem Burggrav. a Rud. facta.

p. 46. & P. IV. C. 4. p. 531. HORTL. *T. I. L. IV. C. 22. n. 43. p. 1473.* quæ ſane fieri non potuiſſent, ſi Burggraviatus ab *Alberto II.* alienatus fuiſſet, & nullum jus in Burggraviatu habuiſſet *Rudolphus*. Urſerunt hanc rem Saxonici in Actis compromiſſariis Serveſtanis, & tabulas præſertim iſtas quibus pacta dotalia 1355. auſpiciis Cæſaris inita continentur, quibusve ipſe *Carolus IV. Burggraviatum noſtrum Feudum Imperii* habuit. Nec potuere iſta omnia infitiari Archi-Epiſcopales. Sed objiciebant prioribus in pactis, quæ Cæſar 1365. denuo confirmaverat, *Johannem* jam *Burggravium* Magdeburgenſ. dici, necdum vero traditionem Burggraviatus, ſed promiſſionem tantum factam eſſe; non potuiſſe ergo jus hoc a *Rudolpho* in *Johannem* transferri; quod jam habuiſſet, atque adeo ad *Rudolphum* non potuiſſet pertinere. Addiderunt etiam, in literis inveſtituræ, quas accepit *Rudolphus II.* a Carolo IV. 1357. ſuper Ducatu Saxoniæ, *Burchardum* quendam *Burggravium Magdeburg.* teſtem allegari, ut adeo illo ævo Burggraviatus penes Saxones eſſe non potuerit. vid. HORTLED. *Tom. I. L. IV. C. 16. n. 56.* Cujus *Burchardi* mentio etiam fit in aliis Diplomatibus, ut in tabulis Caroli IV. de incorporatione *Ducat. Polon. &c. 1355.* & de *Foreſtariis 1358.* GOLDAST. *Tom. I. p. 347. 368. 370.* Ejusdem *Caroli IV. de privilegiis & immunitatibus Clericor. de anno 1359.* GOLDAST. *Tom. II. p. 92.* in quibus *Magiſter curiæ* ſimul dicitur. Sed facilis fuit reſponſio, titulum ſcilicet *Burggravii* per anticipationem datum fuiſſe *Johanni*, cui de re ipſa certiſſima ſpes fuit iſtis tabulis facta, atque adeo cingendum pro cincto jam habitum. *Quis vero ille Burchardus* fuerit, Saxonici non potuerunt indicare: exiſtimarunt tamen illi titulum huncce precario conceſſum, & honorarium ſaltem fuiſſe ex gratia Imperatoris peculiari, cujus Aulæ Magiſter fuit. Namque jus in Burggraviatu illi eſſe reapſe non potuit, de quo ante

ante octo annos 1348. *Carolus IV.* investivit *Rudolphi I.* filios, quive anno 1355. annuente Cæsare *Hardeccio* in dotem datus *vid.* BECMANN *d. l. p. 531. seq.* Maxime huc faciunt tabulæ *Caroli IV.* quibus Scabinis Hallensibus facultas substituendi alios in causis criminalibus datur. 1365. Ubi hæc habentur: Als der Hochgebohrne Rudolph (II. est) des Heil Reichs Obriste Marschalck, und Hertzog zu Sachßen unser lieber Ohem un Fürste in seinem Burggraffen Ambt, das er von uns und dem Reiche hat, in der Stadt zu Halle seine Schöppen hat. Quod reperitur apud Dn. OCKEL. *de Palat. Regio Lit. N. N. p. 211.* Quo manifesto jus Burggrauiatus ipsi Rudolpho II. Saxoni asseritur. Videmus etiam *Johannem Fridericum* Electorem in Scripto, quod apud HORTLED. *T. I. L. IV. C. 22.* habentur *fol. 1473. n. 43.* respondisse, illum *Burchardum* forte è progenie veterum Burggraviorum Magdeburgensium ortum ducere; & sic in memoriam pristini juris indultum fuisse illi, ut titulo uteretur. Id quod etiam vult SPANGENB. *Spec. Nob. L. 20. C. 10. p. 319.* & vero absimile haud est. Scilicet, mortuo *Ottone Comite Hardeccio*, vidua ejus *Bertholdo Rabensvvaldio* familiæ Querfurtensium innexo nupsit, attulitque ei *Hardeccia* comitatum. Hi duo conjuges Burggraviis Magdeburgensibus Querfurtensis stirpis indulsere, ut simultanea investitura Comitatus Hardecciæ potirentur: unde *Burggravii* Comites *Hardecciæ* se quoque dixere; & *Hardeccii*, qui & Comites a *Rhez* vocati *Burggraviorum Magdeburgensium* axiomate uti cœperunt. Quod ex SPANGENBERGII *Spec. nob. Lib. 10. Cap. 20. p. 315. Chron. Querfurt. Lib. 3. Cap. 15. discimus.* Legimus etiam ibidem, *Gevehardum* Anno 1310. & *Bertholdum* idem postea fecisse. Hic *Bertholdus* genuit *Johannem*, de quo antea diximus, cui Burggraviatus ea ratione, qua dictum, in dotem datus est. Sed quia ex Electoris filia nullam masculam prolem suscepit, rediit Burggraviatus

pleno

pleno jure ad Saxonicam domum. Retinuit tamen titulum *Johannes*, atque illum ad liberos ex alia conjuge susceptos *Bertholdum & Johannem II.* transmisit; quo & nepos *Johannes III.* & pronepos *Michael* (qui Anno 1434. Judex Aulæ Cæsareæ Keyserlicher Hoff-Richter fuit, DATTIUS *Germ. Rer. Lib. I. Cap. 18. n. 15.*) usi sunt. SPANGENB. *d. l.* LAZIUS *de Rep. Rom. Lib. 12. Cap. 7. pag. 1306. & de migratione gentium Lib. 8. pag. 539.* SPENER. *Part. II. Operis Herald. Lib. 3. Cap. 6. n. 22.* Atque ex his Comitibus quoque procul dubio fuit *Burchardus* iste Aulæ Cæsareæ Magister; quod & SPANGENB. *in Spec. nob. d. l. p. 340.* sentit. Extat apud Dn. BECMANN. *de Reb. Anhalt. Part. IV. Cap. 4. pag. 530.* Diploma, a *Joh. Hardeccio* 1401. profectum, qui, ut videtur, *Johannes II.* ille fuit, quem nominavimus ante. Fuit tunc ille sine liberis, atque conatus est Burggraviatum istum ad cognatum *Sigismundum Anhaltinum* post obitum transferre per tabulas istas, cui & vivus administrationem ejus, quem de facto forte adhuc usurpavit, (cum utpote ex alia, quam El. Rudolphi filia nato, nullum jus hac parte ei fuerit) si tabulis his credimus, concessit. Utitur verbis, quæ indicat, putasse illum a majoribus longa serie ad se Burggraviatum devolutum, nec mentionem facit pactorum istorum, quorum summa est relata, nec reditus reservati ad Saxones. Addere placet quædam verba: Unser Amt und Burggraffschafft zu Maidburg, zu Halle und in dem gantzen Stuhle und Pistum zu Maidburg mit solichen Kräfften und Machten, als daß unsere Eltern seeligen gehabt haben, und wir daß haben und auch hergehet in rechten Lehn, von dem Heil. Römischen Reiche, und was des von dem Pistum zu Maidburg zu Lehn gehet, nichts ausgenommen. Sed, uti nullibi quicquam legimus, Hardeccios consensu Cæsarum jus quoddam in Burggraviatum esse nactos, præter illud, quod ista dotis datio dedit; ita & caruit successu conatus hicce,

nec

nec potuit etiam illo gaudere ob deficientem tum Cæsaris, tum Electorum Saxoniæ consensum, quibus jus reservatum fuit, quive etiam post illam dotis dationem axioma Burggraviorum retinuerant, ceu ex antea dictis patet. Neque ullibi legimus, *Rudolphum III.* Electorem, qui tunc temporis vivebat, assensum præbuisse. Et *Albertus III.* ultimus suæ stirpis Elector quomodo oppignorare potuisset an. *1419. 1420.* Senatui Magdeburgensi *Gommern & Elbenau*, (consentiente ac connivente Cæsare, incertum,) si Burggraviatus in potestate ejus non fuisset? quod factum esse tradunt DRESSER. *P. II. Mill. 6. p. 118.* LEUB. *de Stap. n. 110.* MULLER. *in A. S. ad annum 538.* Et sane totum Burggraviatum alienatum non fuisse, Judicium Arbitrorum Servestanum etiam satis indicat, de quo infra agemus.

§. XXIV. Extincto vero *Alberto III.* anno 1422, excidit, ut notum est, familia Ascania una cum Electoratu Saxoniæ & Archi-Mareschallia, omnibus juribus illis, dignitatibus & terris, quæ quasve *Albertus II.* olim acquisiverat. Causas illius rei recensere non est hujus loci. Ornavit vero & auxit illis omnibus *Sigismundus* Imperator Fridericum Marchionem Misniæ: atque simul etiam *Burggraviatum* huncce sub vexillis eidem Principi feudi lege concessit. Testes hujus rei sunt omni exceptione majores investituræ tabulæ, datæ *Budæ* die *Petri ad vincula 1425.* quæ legi possint in ALBINI *Chron. Misn. tit. 16. p. 213.* quasve verbis gravissimis adducit & inserit *Johannes Fridericus Elector. Sax. scripto suo*, quod habetur apud HORTL. *Tom. I. L. 4. C. 9. p. 1125.* Habentur vero ibidem sequentia: **Und haben, als wir in unser Königlichen Majestät zu Ofen gezieret sassen, mit wohlbedachten Muth, guten Rath, unser und des Reichs-Fürsten, Geistlichen und Weltlichen, Graffen, Herrn, Edlen und Getreuen, den vorgenandten Friedrichen zu dem vorgenandten Churfürstenthum gewürdiget, und mit**

Burggraviatus delatus ad Misnenses.

Fanen, Paniren und Schild angeweiset, und ihn auch dazu geschickt, und ihm also in Namen der heiligen Dreyfaltigkeit das vorgenante Churfürstenthumb und Hertzogthumb zu Sachßen, mit sammt der Chur und Ertzmarschalck-Ammt dazu gehörend, und auch sonsten mit der Pfaltz Hauß und Stadt Alstedten, und der Graffschafft zu Brene, mit der Burggraffschafft und Graffen Gedinge zu Magdeburg und Hall, und mit allen seinen Herrlichkeiten, Würden, Ehren, Rechten, Mannen, Mannschafften, Lehen, Lehnschafften, Eigen, Eigenschafften, Pfanden, und Pfandschafften, die zu dem Hertzogthumb zu Sachßen von Alters gehören, mit Strassen, dazugehörenden Grentzen, Gebieten, Gerichten, Wildbahnen, Zollen, Gleiten, Städten, Märckten, Schlossen, Dörffern, Ackern, Wiesen, Höltzern, Wassern, Weyern, Wunen, Weiden Landen, Leuten, Zinsen, Gülden, Rechten, Nutzen, Güttern, Würdigkeiten, und zugehörungen, wie man die denn mit sondern Namen benennen mag, wo und an welchen Ende die gelegen seynd, nichts ausgenommen, als denn, die vor alter dazu gehöret haben, gehören sollen und mögen, und von uns und den Reiche zu Lehen rührend gnädiglichen und mit solcher Zierheit als dem sich gebühret hat, uff diesen Tag, als dieser Brieff gegeben ist, verliehen, die fürbaß mehr ihn und seinen Erben und Erbes-Erben Manns-Geschlechte von uns und von dem Reiche zulehen zuhaben, zuhalten und genießen, als den Churfürsten und Churfürstenthums und Hertzogthums mit der Pfaltz und Ertzmarschalck Ammt und auch der Graffschafft zu Brene, Burggraffschafft und Graffen Ding zu Magdeburg und Halle, Lehnrecht und herkommen seyn, und weissen setzen bringen und führen den obgenanten Fridrich, seine Erben und Erbes-Erben in das vorgenante Hertzogthumb und Churfürstenthumb und in alle und itzliche obengerührte Freyheit und Gerechtigkeit, gerügliche Gewehre und Besitzung, in Krafft dieses Brieffes von allermänniglich ungehindert rc.

Eadem

Eadem habentur in tabb. *Friderici III.* Imperatoris, *Friderico II.* Electori & Fratri *Wilhelmo* datis *Aquisgrani*, die *Lunæ post Viti 1442. Ernesto Electori* atque *Alberto Neostadii*, die *Johannis 1465.* ALBIN. *d. l. p. 215.* HORTL. *Tom. I. L. 4. C. 9. n. 104.* aliisque sequentibus, quas adducit *Johannes Fridericus Elector Saxoniæ* in scripto adversus *Heinricum Brunsvicensem n. 43. Tom. I. ap.* HORTL. *d. l. C. 22. p. 1474.* quarum illæ, quæ *Friderico III.* & *Johanni Duci Sax.* datæ sunt ab ipso *Alberto*, *Moguntino Electore*, qui & *Archi-Episcopus Magdeburgensis* erat, sine ulla contradictione subscriptæ sunt.

§. XXV. Istam investituram Sigismundi acriter vellicat *Henricus Brunsvicensis*, arrepta occasione ex scripto Electoris Saxoniæ, *Joannis Friderici*, & *Philippi Hassi*, *Landgravii* (extat apud HORTL. *T. I. L. IV. C. 5. n. 55.*) ubi, cum ratione urbis Höxer causa *Landgravii* adversus *Henricum* ageretur, incidenter ac per instantiam mentio facta jurium *Electoris*, intuitu *Burggraviatus Magd.* cujus verba infra recensebimus. Nam etsi causa illa ad *Henricum* minime pertinebat, placuit tamen litem istam suam facere, quæ *Saxonicum Electorem* inter & Magdeb. *Archipræsulem* intercedebat, tum ut frigidam suffunderet Archi-Episcopo, tum ut ægre faceret Electori, quem convitiis proscindere, & quocunque modo litibus exercere, jam in morem apud ipsum abierat. Non dubitavit ille in scripto 1550. ad *Electores*, *Palatinum* & *Brandenb.* misso, investituram illam *erroneam* & *nullam* dicere, *vid.* HORTL. *T. I. C. 16. L. 4. n. 56.* Namque ait, *literas istas investituræ ita quidem esse conceptas, quasi Burggraviatus Electoratui ab antiquo esset innexus:* Als: dann die vor Alters darzu gehöret haben, gehören sollen, und mögen, und von uns und dem Reich zu Lehn rührend 2c. *neutiquam vero ostensum esse, probatumque, ab imperatoribus Burggraviatum Magdeb. & Bannum Hallense, Electoribus Saxoniæ unquam in feudum data esse, aut ista pertinentias esse Electoratus:*

Invest. Sigism. vellicat Heinricus Brunsvic.

ratus: quin potius ex Caroli IV. tabulis investituræ *apparere*, *Rudolphum & Wenceslaum solum de Ducatu Saxoniæ*, *de dignitate Principis Electoris*, *Palatinatu & Officio Archimarschallatus*, *minime* autem de Burggraviatu, und Graffen-Gedinge in Halle investitos; etiam in ipsis tabulis istis alium Burggravium, *Burchardum* nempe, testem allegari. Addit porro: Licet enim illa verba: Alsdenn die vor Alters i. e. PROUT & SECUNDUM, *alias non faciant conditionem*, *sed intelligantur causaliter*, (*vid.* MOLLER. *L. II. Sem. 23.*) *quando illud ad quod fit relatio*, *non apparet: tamen secus esse*, *quando factum*, ad quod relatio fit, *apparet*, sed non ut relatum est.

Vindicatur invest. Sigismundi. §. XXVI. Sed satis refutavit ista omnia *Johannes Fridericus* in Responsione, quæ d. l. *apud* HORTL. *habetur C. 22. p. 1472.* Scilicet præsumendum non est, Imperatorem, qui prævia magna deliberatione, mit wohlbedachten Muth, guten Rath, ut verba sonant, unser, und des Reichs-Fürsten Geistlichen und Weltlichen, &c. solennem istam investitionem suscepit, tantum commisisse errorem, nec ipsum, nec Principes scivisse Imperii, Burggraviatum ad Electores Saxon. antea non pertinuisse. Et cum semper præsumatur, Principem ex justa causa agere, & nec id velle quidem, quod non decet, ut nostri passim docent VULTEI. *L. III. Cons. Marp. 19. n. 51.* GAIL. *II. O. 55. 56.* quis credere vellet, *Sigismundum* non satis deliberato & erronee, imo nullo jure rem hanc peregisse. Imo Electores Saxones Ascanios dignitate ista gavisos esse, de eaque investitos, Cæsaresque, *Carolum IV.* præsertim, jus Saxonicorum satis agnovisse, firmasseque, ex illis, quæ antea diximus, satis apparet. Ut adeo nihil obsit, si in quibusdam literis investituræ super Electoratu & Ducatu Saxoniæ, nulla Burggraviatus fiat mentio, cujus investitura aliis forte tabulis tunc comprehensa est. Iam tum vero ævo sc. Asca-

Ascaniorum, incorporatum Burggraviatum fuisse Electoratui Saxonico, tabulæ *Sigismundi* aperte non dicunt, nec opus etiam est, id factum fuisse: sufficit enim Electores *Ascanios Burggravios* fuisse, & id, quod habuerunt, ad Misnenses esse translatum.

§. XXVII. Fatemur vero, nobis cognitum non esse, quam ob causam *Fridericus Bellicosus* & successores ejus quidam abstinuerint a titulo *Burggraviatus*, qui ipse tamen in omnibus investituris illis denuo concessus est: nisi forte existimaverint, per investituram *Sigismundi* unitum esse Burggraviatum cum Electorali dignitate, & Archimarschallia, & ideo nec opus esse axiomate hocce, quod a majori absorptum quasi, vel sub eo comprehensum, seorsim uti. Tuiti tamen sunt strenue sua jura: quandoquidem *Fridericus II.* cum fratre *Wilhelmo*, nec non *Fridericus Sapiens* redemtionem præfecturarum semel atque iterum perficere, atque illas Magdeburgensibus extorquere studuerunt: resque ad exitum deducta fuisset, nisi ab Archi-Episcopo aliisque intercedentibus mora objecta. IMHOF. *Notit. Procer. Imp. Lib. 2. C. 7. §. 22.* Quid *Fridericus II.* quid *Ernestus*, ut Burggravii Magdeburgici fecerint, peregerintque, infra dicemus. *Johannes* vero *Fridericus* cum videret, alios hocce in fraudem ejus interpretari, & insidiari juribus suis, titulo Burggraviatus una cum insignibus uti coepit 1538. multum contra nitente licet Alberto Magdeb. Archipræsule, *Vid. Scripta Protest. d. anno 1538. apud* GOLDAST. *Tom. II. p. 170. & Decret. Comit. ann. 1539. Tom. III. p. 564.* Redemit etiam a Magdeb. civitate *Gommern* & *Elbenau*, quæ Albertum III. oppignorasse dicuntur. KRANZ. *Continuat. Sax. p. 388.* CHYTR. Saxon. L. 5. p. 380. Impedire *Joannem Fridericum* conabatur hac parte *Albertus Archipræsul*, sed intercedentibus *Brandenburgicis*, & *Hassis* reluitio facta, MULLER. *Annal. ad ann. 1538. p. 92.* Ipsi tamen isti Prin-

Cur. Frid. Bell. abstinuerit hoc titulo?

Jo. Fridder. usus titulo Burggrav.

Principi *Jo. Friderico* maximæ lites de hoc Burggraviatu intercessere, cum, quem modo nominavimus, *Cardinali Alberto Brandenb.* qui tum temporis præter alias, Ecclesiam Magdeb. regebat, quive magno conatu jus Burggraviatus Saxoni intervertere conabatur. Placuit tandem suasu Principum, per hereditariam unionem, & sanguinis nexum mutuis vinculis innexorum, causam ad arbitros devolvere, ut vel ex æquo & bono, vel per sententiam dirimeretur, qui erant *Joachimus Elector Brandenb. Henricus Dux Saxoniæ, Georgius & Joannes, Marchiones Brandenburg. & Philippus Hassiacus.* Causa fuit acta *Servestæ Anhaltinorum*, atque, probationibus utrinque peractis, inter eos, qui arbitrium receperant, jam convenit, qua ratione sententia dicenda. Non dubitarunt etiam ea de re certiorem facere Albertum. Extat illa formula apud HORTLED. *L. 5. C. 5. p. 1991.* Ex quo ea, quæ ad caput causæ pertinent, excerpere liceat:

Compromissum Servestanum.

Sententia Arbitrorum.

Jura Elect. Saxon. ut Burggravii.

Dieweil wir dann befinden, und dafür achten, daß dem Churfürsten zu Sachßen das Burggrafftthumb Magdeb. und Grävengeding zu Halle, damit sein Lieb, als ein Churfürst zu Sachsen, von dem Heil. Röm. Reich belehnet, und derowegen desselbigen Tittels zugebrauchen, zustehet, daß auch sein Lieb auff eins Ertz-Bischoffen zu Magdeb. Ansuchen, zu jedemmahl, wann sich die Persohnen des Schultheissen oder Saltzgräven verändern, den Bann dem Schultheissen des Burg-Gerichts vor dem Roland, und dem Saltzgräven des Thal-Gerichts zu Hall, vermittels gewöhnlicher hergebrachter vereydung gegen der alten Gebühr, nemblich, einer Lageln süssen Weins, zu befehlen Fug haben, auch zu befehlen verflichtet seye, auch derhalben den Schultheissen und neuen Schöppen vor dem Roland, so offt einem Schultheissen der Bann befohlen, einzuweißen und beyde Schultheissen und Saltzgraffen mit dem Bann, durch gewöhnliche Lehen-Brieffe zu beleihen Fug habe, doch also, daß der Saltzgrave dargegen Revers-Briff, dem

Chur-

Churfürsten zu Sachßen von sich zugeben, unverflichtet bleibe, daß auch Schultheissen und Saltzgräven, zur Folg solches empfangenen Befehls, und nicht ehe die peinlichen Sachen, so sich in der Stadt Hall, und desselbigen Weichbildt zutragen, und an obgedachte beyde Gerichts Stül Klageweiß gelangen, zu richten Macht haben, daß auch die Peinlichen Sachen, wenn sie rechtlicher Außführung bedürffen, an solch Gericht gehören, doch daß darmit dem Burggraven zu Hall das Burggraven-Geding dreymal im Jahr in peinlichen Sachen zu üben, weß er des befugt, unbenommen sey. So bitten wir derohalben freundlich, weß seyn Liebd zu Verhinderung obberührter des Churfürsten zu Sachßen Gerechtigkeit, dargegen, mit Zulassung der Appellation in peinlichen Sachen, oder anderer Verunruhigung, fürgenommen hätte, daß seyn Lieb darvon freundlich abstehen, und den Churfürsten zu Sachßen solches unverhindert gebrauchen lassen wolten, auch den Roland zu Hall, wenn ein Churfürst zu Sachßen, als ein Burggraffe zu Magdeburg, die Banns-Befehlung dem Schultheissen eygner Person thun wolt, an die Statt, da er zuvor gestanden, darmit seyn Lieb, wie vor alters, darumb reitten möcht, wiederumb setzen lassen wolte. Hiewiederumb so befinden wir, und achten, daß genandter Cardinal und Ertz-Bischoff nachfolgender Ding befugt, oder im Beseß sey. Nemlich, daß sein Lieb und derselben Nachkommen, Ertz-Bischoff zu Magdeburg, den Schultheissen daselbst zu Magdeburg vereyden, bestättigen, auch die Schöppen des Orths unter dem Tittel der Burggraffschafft zu Magdeburg vereyden, bestättigen, einweißen, und seiner Lieb Geding daselbst sitzen, hegen und vor Gericht solches ausruffen lassen möge. Aber zu Hall möchten sein Lieb ohne Erwehnung berührtes Tittels, Schultheiß und Saltzgräffen auch einweißen, und in seiner Lieb Namen, so viel es die Bürgerlichen Sachen belanget, vereyden und bestättigen lassen. Daß auch sein Lieb dieselben Schultheissen und Saltzgraffen

Jura Archi-Episcopi.

sen in allewege zusetzen und zuentsetzen haben, auch dem Saltzgräffen und Schultheissen ihr Amt darauff, vermüg der gewöhnlichen Lehen-Brieffe leihen, und dargegen Revers-Brieff von ihnen, wie von Alters, empfahen. Wann auch der Schultheiß in Bürgerlichen Sachen zu Gericht sitzen will, so mag und soll er dem Voigt zu Gebichenstein den Tag zuvor gläublich ankünden lassen, bey dem Gericht zuseyn, desgleichen, daß der Cardinal, als ein Ertz-Bischoffe zu Magdeburg, die Bussen, Gewet, und andere Gefälle von allen Sachen die Bürgerlich seyn, oder durch den Rath und Schultheissen sämptlich Bürgerlich gemacht worden weren, von dem Schultheissen, dieweiln der Saltzgraffe, derowegen nichts von sich zugeben, verflichtet, berechnet nemen, und die Helffte darvon, zusampt der Gerade und Hergewet, so obgedachten beyden Gerichten heimgefallen, vollkönnmenlich empfahen lassen müst. Daß auch sein Lieb in Gewehr seye, daß dieselbige, als ein Ertz-Bischoffe zu Magdeburg, diejenigen, so mit öffentlichen oder bekäntlichen Unthaten, die Relegation verdienet, dem Rath zu Hall zubefehlen, ohne vorhergehende Erkäntnüß, des Rolands, oder Saltzgräffen-Gerichts, zuverweisen. Doch in alle Wege unschädlich, was ein Rath zu Hall derjenigen halben, so durch offentliche oder bekannte Verwirckung, den Pranger, Halßeysen, Staupenschlagen, oder die Verweysung verschuldet, als vor sich selbst, ohne vorgehend Rechtlich Erkäntnüß, zuthun befügt seyn möcht. Darauff wir auch, mit gemeldten Churfürsten freundtlich verfügen wollen, was der Churfürst zu Sachsen, zu Verhinderung ob angezeigter Ertz-Bischöfflicher gebührender Gerechtigkeit, und Gewehr fürgenommen, davon abzustehen, und dem Cardinal, desgleichen die Nachkommende Ertz-Bischoffe zu Magdeburg, solches unverhindert brauchen zulassen, deß wir uns denn zu beyden ihren Liebden, der Billigkeit nach, versehen wollen rc. Datum Zerbst am Sontage nach Cathedra Petri, anno Domini 1538.

§. XXVIII.

§. XXVIII. Sed quo minus res exitum caperet, fecit interceſſio, & inhibitio Cæſaris Caroli V. quam ex Hiſpania, quum Vallidoli eſſet, miſerat *d. 10. Julii 1535.* ad Arbitros. Improbabat nempe illud arbitrium Cæſar, vetabatque cauſam peragi coram Arbitris, illamque ad ſe vocabat: quod ſecundum jura feudalia Vaſallus non poſſit compromittere (eo ſcil. caſu, ubi cauſa ad judicium feudale pertinet; nam aliud eſt, ſi cauſa proprie feudalis non ſit, & ad ordinarium judicem ſpectet *2. F. 15.*) de re feudali in arbitros ſine Domini conſenſu; cum per compromiſſum ſequi poſſit alienatio, quæ illicita eſt Vaſallo ſine Domini conſenſu. *II. F. 52. 55. J. F. Al. C. 26. 51. Sax. art. 62. Hoſt. per C. cum tempore. X. de Arbitr.* PANORM. *ibid. n. 16. in f.* aliisque quos allegat ROSENTH. *C. 9. Concl. 22. lit. a.* Nam licet *II. Feud. 34.* de eo quoque caſu agi videatur, ubi lis de cauſa vere feudali vertitur coram judicio feudali ventilanda: ad jus vetus tamen illum textum referunt Dd. quod per conſtitiones recentiores ſublatum. ROSENTH. *d. l.* Exercuit hæc quæſtio ingenia tunc temporis ICtorum illius ævi, & extat conſilium SCHURFII *53. Cent. 2.* quod eo tendit, compromitti poſſe de re feudali ſine Domini conſenſu, ſi ex compromiſſo nihil damni gignatur Domino, ut, ſi lis vertatur inter Vaſallos ab uno eodemque Domino rem feudalem recognoſcentes, vel ſi periculum non ſit, ne per arbitrorum ſententiam poſſeſſio ad talem transferatur, qui non recognoſcat Dominum. Quod quidem urferunt & ipſi Arbitri in literis ad Cæſarem datis *d. 14. Febr. 1538.* quæ extant *apud* HORTLED. *l. all. L. V. C. 5.* quamvis ea ſententia SCHURFII non careat dubiis, ideo, quod nec in convaſallum feudum ſine Domini conſenſu alienari queat. Poterat etiam adv. hoc compromiſſum urgeri *Ord. Regim. 1521. §. 57.* quo cauſæ feudales Cæſari reſervantur. Sed reſpondebant Arbitri, in hac cauſa de *poſſeſſione* fuiſſe

Inhibitio Cæſaris Caroli V.

Cauſæ inhibitionis.

Juſtitia ejus.

G etiam

etiam actum, quales causæ & aliis judiciis pateant, *Tit. 32.* Wie es in Irrung der *Possession &c. Ord. Cam.* d. anni. Deinde provocant ad pacta unionis hæreditaria, atque in illis, quæ continentur, judicia Austregarum, & denique *ad Capitul. Caroli V. Art. 20.* quo Cæsar promisit, se nolle impedire, quo minus lites, inter quosdam Status exortæ, jure disceptentur, vel jam cœptæ recte & ordine finiantur. Qua de re etiam agitur apud SCHURF. in d. *Consil.* Questus v. est Archipræsul, artibus Electoris subterfugiendi arbitrii causa factum esse, ut Cæsar intercederet; sed graviter hanc culpam a se avertit, inque adversam partem rejicit Saxo in scripto, quod ad Status *Magdeburgicos, & Halberstad.* *misit, ap.* HORTLED. *d. l. p. 1985. Conf.* ITTER *de Feud. Imp. c. 25. §. 23.*

Impedit exitum rei. §. XXIX. Sed quicquid horum omnium sit, res ista, ut diximus, exitu caruit. Intercessere postea turbæ illæ notissimæ, inter quas El. Saxo tamen jus suum strenue tuitus est, ejusque testandi causa, quum Halas 1547. ante prælium Muhlbergense venisset, statuam Rolandinam circumequitavit, OLEAR. *Halygr. p. 259:* & infelicia secuta sunt *Johannis Friderici* fata. Captus enim in saltu *Lochaviensi* excidit per sententiam Caroli V. in castris ad Wittebergam latam, una cum omnibus aliis bonis ac juribus, Burggraviatu isto, HORTL. *T. 1. L. 3. c. 70. p. 576.* de quo in Capitulatione sub dato 19. Maj. 1547. qua liberis ejus quædam

Translatio Burggrav. a Linea Ernest. ad Albertinam. restituta, *Art. IX.* hæc habentur: Halle auff der Saal berührend, soll der Gefangene alle alte Gerechtigkeit, so er darauff fürwenden möchte, Ihrer Majestät heimstellen, mit derselben ihres Gefallens zu verordnen. HORTL. *Tom. II. Lib. III. C. 70. & 72.* Et ab isto tempore titulo & insignibus Burggrav. abstinere cœpit. HOEN. *de Inf. Sax. C. III. p. 51.* Collata fuit vero cum Electorali munere, aliisque, & dignitas *Burggraviatus Mauritio Saxoni*, quorum omnium solennis investi-

investitura secuta est 1548. 24. Februar. sub dio *August. Vindelic.* Describitur illa a SLEIDANO *L. XX. & apud* HORTL. *dicto loco C. 84.* nec non SCHARD. *Tom II. Rer. Germ. p. 508.* quo loco MAMARANI scriptum de hac re exhibetur. Ex omnibus a. illis intelligimus, *Mauritium* inter *Principatus* per vexillum de Burggraviatu hocce investitum esse. Vindicavit itaque *Mauritius* Jura Burggraviatus, occupataque ipsa urbe Magdeburgo, quam Cæsar proscripserat, *Burggravius Magdeburgensis* a civibus urbem intrans cum applausu salutatus est. S. BESSELMEIER *de Obsidion. Magdeb.* anno 1550. 51. facta, apud HORTL. *T. II. L. IV. C. 18. p. 1220.* in fine, ibi: Welchen mann mit grossen Freuden angenommen, und darauf gehuldiget, und für einen Herrn des Landes und Burggraven zu Magdeb. angenommen. Versio Latina hujus scripti est apud SCHARD. *dicto T. II. p. 518.* Postea urbis dominium cum Archi-Episcopo partitus est; ad quam partitionem certo modo Elector Brandenb. admissus. Ob quam causam pacta hæc Tripartita dicta sunt, transactione Islebiensi postea sublata. Post fata *Mauritii 1553.* Burggraviatus ad *Augustum fratrem* delatus est, qui statim etiam titulum assumsit. Nota est Transactio *Numburgensis* inita inter eum atque *Johannem Fridericum* 24. Februar. 1554. apud HORTL. *Tom. II. L. III. C. 88.* Spopondit *Johannes Fridericus* diserte, *n. 85.* harum tabularum, una cum filiis, titulum Burggravii *Magdeb. Augusto* & ejus successoribus se impertiri velle, cum e contrario *n. 86.* titulus *Electoris Nati, Ducis Saxoniæ, Landgravii Thuring. & Marchionis Misniæ, saltem*, excluso axiomate *Burggravii*, *Johanni Friderico* sit relictus, filiique ejus *n. 86.* diserte etiam promiserint *Augusto*, ejusque descendentibus masculis superstitibus, *Burggravii Magdeb.* axiomate se uti nolle. Secuta est postea 1566. *Maximiliani II.* solennis investitio sub vexillis, de qua MULL. *in Annal. Saxon. p. 139.*

 §. XXX.

Transact. August. El. & Admin. Magdeb. circa Burggraviatum.

§. XXX. Non defuere tamen & postea lites inter AUGUSTUM. *El.* & *Archi-Episcopatus Administratorem Joachimum Fridericum Brandenburgicum*, quarum pertæsi tantum litium, intercessoribus *Johanne Georgio Electore Brandenburgico*, *& Wilhelmo Landgravio Hassiæ d. 10. Junii 1579.* transactione illas sopivere. LEUB. *de jure stap. n. 1306.* MULL. *in A. S. p. 375.* Formula transactionis, a Cæsare Pragæ 8 Aug. 1579. confirmatæ, qua ad hoc caput pertinet, extat apud HORTL. *T. I. L. V. C. 29.* quam huc transferri non deerit operæ pretium. Integra vero transactio habetur in *Elect. J. Publ. nuper edit. P. VI.* Darentgegen und zu gebürlicher Wiederstattung solcher seiner des Administrators L. und derselben Ertzstifft, in und an den mehr berührten dreyen Vor-Städten, und der Neuen Stadt vor Eißleben, auch allen obbenanten, Aemptern, Gütern, und Stücken, ietzo dem Churfürsten abgetrettener Lehenschafft, Landesfürstlicher Obrigkeit, Jurisdiction, und Bottmäßigkeit, auch seiner des Administrators L. hinwieder zu freundlichen Ehren und Gefallen, hat der Churfürst zu Sachßen vor sich und seiner L. Erben und Nachkommen, Hertzogen und Churfürsten zu Sachßen, auch in angeborner, und von der Röm. Keys. Maj. unserm allergnädigsten Herrn, uffgetragener und bestätigter Vormundschafft S. L. unmündigen Vettern, der jungen Hertzogen zu Sachßen, und des gantze Hauß Sachßen, und Nachkommen an der Chur-Sachßen, dem Administratorn und S. L. dem Capitel und Ertzstifft zu Magdeburg, alles das, was S. L. und das gantze Hauß Sachßen als ein Burggraff zu Magdeburg, in den Städten Magdeburg, und Halla, und in dem gantzen Ertzstifft Magdeburg, aus der Röm. Keyser und Könige Begnadunge haben von dem H. Reich zu Lehen tragen, und sich mit Übung und Gebrauch des Bannes Befehlunge, des Schultheissen und Saltzgraffen zu Halla, und allen andern, das S. L. sich darun-

Cessa ab ArchiEpiscopatu.

Cessa a Saxone.

darunter gegen dem Ertzstifft bisher angemasset, oder Vermüg ihrer habenden **Begnadung** und **Lehen-Brieffs**, etwan von den Chur und Fürsten der Erb-Einunge beschehenen Weisunge, auch der dasieder auffgerichteten Verträge, oder sonsten in einigem Wege zu gebrauchen haben mögen, gar nichts, wie dasselbige Nahmen haben möchte, darvon außgeschlossen, hinwiederum freundlichen und gutwilliglichen übergeben, auffgetragen und zugestellt, und sich des Burggraffthumbs zu Magdeburg Gerechtigkeiten, der Bannes-Befehlung, Graffengedinges, Einweisung der Schultheissen und Schöppen Beleihunge, mit den peinlichen Gerichten, und denen darbey zutragenden Fällen, und alles andern, wie es zu Recht am beständigsten geschehen kan, gantz und gar, und also verziehen und begeben, daß S. L. und derselben Erben und Nachkommen, und alle Hertzogen und Churfürsten zu Sachßen, sich der obgemeldten, und aller andern Gerechtigkeiten des Burggraffthumbs hinführo in beyden Städten Magdeburg und Halla, und im gantzen Ertzstifft, gar nicht mehr gebrauchen, auch den Administratorn, und künfftigen Ertz-Bischoffen, und das Thumb Capittel zu Magdeburg, an des Burggraffthumbs Gerechtigkeit, der Bannes-Befehlunge, Graffengedinge und Bestellunge, Ubung und Gebrauch der peinlichen Gericht, und Jurisdiction, und derselben Execution, in den Städten Magdeburg und Halla, und in gantzen Ertzstifft Magdeburg, nimmermehr turbiren, verhindern, oder verunruhigen, oder sich derselbigen in einigem Wege anmassen wolle, sondern S. L. und derselben Erben und Nachkommen, Hertzogen und Churfürsten zu Sachßen, sollen und wollen den Administratorn, und das Capitel, zu ewigen Zeiten, damit vor sich selbst, oder durch einen andern, wer ihnen darzu gefällig, ihres Willens und Gefallens gebahren lassen. Nachdem aber des **Tittels**, **Burggraffe** zu Magdeburg halben Bericht geschehen, daß im Heiligen Römischen Reich vier *Relicta Saxoni.*

vier Burggraffen, und ein Burggraffe zu Magdeburg, ein sonderer Stand des Reichs, daß auch dasselbige Burggraffthumb zu Magdeburg uff sondere Aempter, welche ausser des Stiffts Magdeburg gelegen, ausgesetzt und fundiret sey, als Gommern, Ranis, Elbenau, Plozkau, und der Churfürst zu Sachßen sich derhalb des Tittels, Burggraff zu Magdeburg, mit deme darzu gehörigen Wapen, und daß S. L. und derselben Erben und Nachkommen das Burggraffthumb Magdeburg mit seinen darzu gehörigen Aemptern hinführo vom heiligen Römischen Reich nicht solten zu Lehn empfahen, nicht begeben kan. Damit nun daraus, daß seine des Churfürstens zu Sachßen L. und S. L. nachkommende Churfürsten und Hertzogen zu Sachßen den Tittel und Wapen des Burggraffthumbs gebrauchen, und solch Burggraffthumb, mit desselbigen zugehörigen Emptern, auch hinführo vom heiligen Reich zu Lehen empfangen werden, in künfftigen Zeiten kein Irthumb oder Zweiffel fürfallen, oder solchs dahin verstanden, oder angezogen werden möge, Als weren die Churfürsten, oder das Hauß Sachßen, solches Tittels oder Lehen Empfahunge halben, in den Städten Magdeburg und Hall noch etwas berechtiget, so haben seine des Churfürsten zu Sachßen Liebden freundlichen bewilliget, daß seine L. zu der Zeit, wann seine L. dem Administratorn andere über des Burggraffthumbs Gerechtigkeit, der Bannes Befehlunge, und derselben Zugehörungen habende Urkunden werden überantworten lassen, S. L. und derselben Thumb Capitel zugleich auch zweene unterschiedliche Revers geben wollen, worinnen nach aller Nothdurfft verwahret werde, daß S. des Churfürsten zu Sachßen L. oder derselben Erben und Nachkommen, und das gantze Hauß Sachsen, sich unter dem Schein und Vorwendunge, daß ihre L. den Tittel und Wapen des Burggraffthumbs gebrauchen, und das Burggraffthumb Magdeburg mit seinen

zuge-

zugehörungen von Römischen Kaysern und Königen zu Lehen empfahen, sich itzo und zu ewigen Zeiten keiner Bannes-Befehlunge/ Graffen-Gedinges, Belehnunge, Verendigunge, Einweisunge, oder Bestättigunge des Schultheissen und Schöppen, oder des Saltzgraffen zu Halla, auch keiner peinlichen Gerichte: Gerichtsfälle; Straffen und Büssen, und in Summa gar keiner Gerechtigkeit, so zu dem Burggraffthumb zu Magdeburg in den Städten Magdeburg und Halla, und im gantzen Ertzstifft Magdeburg gehörig, oder daraus einigerley Gestalt herfliessen und erzwungen werden möchte, wie die auch könte oder möchte genandt oder erdacht werden, sollen und wollen unterziehen, anmassen, üben oder gebrauchen. Daß auch, wenn sie von Römischen Käysern und Königen, die Lehen und Regalien des Hausses Sachßen, und unter andern des **Burggraffthumb** zu Magdeburg mit empfahen, die Bannes-Befehlunge und Graffen-Gedinge, zu Magdeburg und Halla, als vor eine Zugehörunge des Burggraffthumbs zu Magdeburg, oder auch vor sich selbst allein, nicht mit zu Lehen suchen, empfahen, oder in die Lehen-Brieffe wollen setzen lassen, oder solches zu thun gestatten. AD. *Augusto* Electore ad omnes ex eo descendentes Archi-Principes pervenit, qui quoties opus, & investitura renovanda, & hujus Burggraviatus & Misnensis investitionem consecuti, & consequuntur, cujus rei specimen apud *Mull. in A. S. ad annum 1687. p. 562.* extat. Ipse etiam modernus Elector Sax. Potentiss. REX POLONIARUM anno 1702. 1708. per Legatos investituram consecutus est Viennæ super hoc Burggrav. In testamento quoque D. Johannis Georgii I. §. 18. nec non in Recessu (Churfürstl. Freundbrüderl. Haupt Vergleich) de dato 22. Apr. 1657. §. 5. diserte cautum, daß der regierende Churfürst und alle Successores von der Chur, die Chur-Würde, und Burggraffthumb Magdeb. samt denen darzu gehörigen Städten und Aemtern haben

und behalten sollen. Omnes etiam in hunc usque diem Electores Saxon. isto axiomate constanter sunt usi: quod tamen ita proprium Electori est, ut nulli Saxoniæ Domus Principi ex *Augusti* progenie (de *Johannis Friderici* jam supra dictum §. 29.) prognati, & nec Electoratus heredi quidem, titulo & insignibus Burggraviatus liceat uti, licet omnes simultanea investitura de hac dignitate gaudeant: secus ac olim Ascanii fecere, ceu Diplomata supra relata testantur. Observavit istud etiam DN. OCKEL. *d. Pal. Reg.* §. *124.* Imo per multos annos stylus Curiæ Aulæ El. Sax. id tulit, ut si sub breviori titulo Sereniss. Electorum expedienda quædam fuerint, sub hac formula, Der Durchl. Churfürst zu Sachssen, und Burggraff zu Magdeb. id factum. Quæ quidem scribendi ratio, ex quo Potentiss. Princeps Regium fastigium ascendit, cessare solet.

Munus Burggrav. Magdeb. §. XXXI. Postquam sic originem Burggraviorum Magdeb. illorumque successionem vidimus, dispiciendum etiam nunc est, *quodnam munus illorum, quænam jura, commoda, terræ ac regiones, dignitas, & auctoritas illorum, tum in Archi-Episcopatu, tum etiam extra illum?* Nolumus prolixi esse in recensendis muneribus Burggraviorum, vel Advocatorum in genere, quorum summam jam supra §. 3. retulimus, quæve latissime exponunt auctores ibidem in partes vocati. Quibus jungi possunt DN. THOMAS. *de Jurisd. & Magistr. differ. sec. mor. Germ.* DN. OCKEL. *de Pal. Reg.* §. *65.* *Defensio Ecclesiæ.* Quoniam itaque Magdeb. Burggravius supremus advocatus Ecclsiæ Magdeb. Oberster Voigt von dem GOttes-Hauße, zu Magdeb. juxta *a. 13. Weichb.* fuit (intellige post Imperatorem, qui omnium Ecclesiarum in Imperio summus Advocatus, Defensor, & Tuitor est, imo etiam totius Ecclesiæ Christianæ defensionem in se suscipit *vid. Art. 8. Weichb. a. 1. Capit.*) omnium prima illius cura fuit, ut protegeret, atque tueretur istam Ecclesiam: quod

&

& alias aliis Advocatis proprium fuit. MAGER. *de Adv. Arm. p. 5. & 9.* Respicit huc *Autor MS. Chron. Scab. Magd. supra all. §. 12.* Dat, inquiens, geschaah darumb, dat de Burggraff solte dat GOttes Huß verfechten und helffen beschirmen &c. id quod cum armis, tum consilio fieri oportuit. Pertinet etiam huc, quod refert ZEIL. *Itin. Germ. P. I. p. 144.* *Ernestum* Electorem Saxoniæ, tanquam Burggravium Ecclesiæ, & Protectorem domuisse Salinatores Hallenses, & in favorem Archi-Episcopi extruxisse castellum Morizburg. Conf. KRANZ. *Sax. Lib. XII. 6. 22. p. 324.* FABRIC. *Orig. S. Lib. 7. p. 785.*

§. XXXII. Uti autem Burggraviorum potissimum munus fuit, *potestas judicaria* secularis & *administratio juris seu justitiae*, tum in *civilibus*, tum maxime in *criminalibus*, MAGER. *d. Adv. Arm. C. 2. n. 232.* ita & ista omnino Burggraviis nostris competiit. Et primo quidem nemo dubitabit, illis temporibus, quae *Ottonem* præcesserunt, Præfectos Magdeburgicos, sive *Missi*, sive *Comites*, sive *Burggravii* dicti fuerint, jurisdictionem ibidem nomine *Cæsaris* exercuisse, ceu præcepimus supra §. 7. 12. Postquam v. Ecclesia ab *Ottone* condita Magdeburgi est, locusque hic formam justæ urbis induit, eandem administrationem justitiæ in eo loco aliisque, quæ ad provisionem ejusdem Præfecti pertinebant, relictam esse, negari non potest, quousque aliud probatum non est. Atque cum illius temporis ratio non permiserit, jurisdictionem Præsulibus tribui addicique, saltem exercitium illius non fuerit indultum iis, si maxime bannum vel jurisdictio Ecclesiæ concessa: aliter fieri non potuit, quam ut iisdem Burggraviis intuitu bonorum, quibus *Otto* Ecclesiam ditauit, autoritate Cæsarea, relinqueretur. Potissima pars hujus jurisdictionis fuit *Bannum Regium*, Königs-Bann, sive der Blut-Bann, quod idem est ac Jus gladii seu potestas cognoscendi, statuendi, & sententias exequen-

Judiciaria potestas.

di, ratione criminum. De quo *Banno* regio tum in jure *Svevico*, tum in *Saxonico* locis supra all. agitur. vid. *L. I. J. Sax. a. 59. L. III. a. 64. 69.* Burggraviis autem hanc jurisdictionem competiisse, late comprobat GYLM. *Symph. T. I. P. II. Vot. 23. n. 148.* & discimus ex WEICHB. *a. 88.* ibi: Belagerung umb eines Mannes Hauß, Nothzögung, und Gewaltige Heimsuchung richtet der Burggraff, und nicht der Schultheiß: & in terris Ecclesiæ ab illis fuisse exercitam ex dictis supra §. 12. satis constat. Patet id etiam ex antiquo *Chron. Magd.* quod supra in partes adduximus §. 12. & illis, quæ in *sqq.* dicenda. Præter hanc vero jurisdictionem criminalem, etiam civilem Burggraviis Magdeburgi, ac in reliquis Archi-Episcopatus locis, competiisse, ex Art. 44. *Weichb. ac Glossa ad Art. 47. ibid. Column. 2. itemque* diplomatibus allegatis supra, & infra dicendis, satis comprobatur. *Autor Apol.* der Reichs-Voigt. *C. 5. p. 84.* verb. Das Magdeburgische Weichbild bezeuget, daß ein solcher Burggraffe nicht nur des Ertzstiffts daselbst Obrister Voigt, sondern auch der Stadt höhester Richter gewesen, welcher um peinliche Klagen, Erb und eigen, auch um Rein und Grentzen gerichtet, so daß er einen andern Voigt und Schultheißen belehnen mögen. Quod & aliis Burggraviis commune fuit, ut ex illis auctoribus apparet, quos citauit DN. OCKEL. *De Pal. §. 64.*

Jurisdictio Civilis

Burggrav Vicarii. Seu Vice Judices

§. XXXIII. Quia tamen *Burggravii* non omnibus his negotiis vacare poterant, sæpe etiam ad publicas causas vocabantur, *vicarios* habebant suos. Quod in caussis minoribus civilibus & criminalibus plerumque fiebat; in causis enim maioribus iudicabant ipsi, cujus rei exemplum extat apud GOLD. *P. II. Rer. Alem. p. 58. Vicarii* isti *Scultesii* appellabantur, quorum in jure *Sax. L. 3. art. 52. 61. Weichb. n. 9. 10. 11. 45.* & alibi mentio passim fit, præsertim in art. 11. ubi hæc habentur: Der Schultheiß hatt den Bann von den Graffen, *Conf.* GRYPH. *de Col. W. c. 64.* Fuisse tamen

&

& vicarios, qui ſub alio nomine innotuerunt, negandum non eſt, de quibus agit DN. THOMAS. *in Differt. de jurisd. & Magiſtr. Differ. th. 77. 79.* Porro & *Scabini* (Schöppen) Burggraviis fuere, qui tum ipſis tum Sculteris jus dicentibus aſſederunt: qui & *Rachinburgii*, *Sachibarones* alicubi dicti, GRYPH. *d. l. c. 64. §. 8.* De *Scabinis* varii textus in *jure Provinciali Art. XII. L. II. & Lib. III. Art. 81.* & *Weichb. art. 10. 16.* & alibi paſſim habentur, conſtatque ex illis & *Gloſſa* præſertim *ad a. 16.* item ex a. 78. *Weichb.* Landr. *L. III. a. 54.* eosdem Scabinos Reichs-Schöppen, Reichs-Dienſt-Männer dictos fuiſſe, Conf. DN. OCKEL. *de Pal. th. 150.* Atque *Burggravios Magdeb.* & *Magdeburgi* & *Hallis* olim Scultetos & Scabinos ſuos habuiſſe, nemo dubitat, & plurima de illis apud DN. OCKEL. *d. l.* legi poſſunt. Id & comprobant ea, quæ jam ſupra dicta, & in ſequentibus dicentur. Nata inde ſunt famoſa illa Dicaſteria ſeu Scabinatus, *Magdeburgenſis* & *Hallenſis*, in quibus non tantummodo jus dictum & redditum eſt auctoritate *Burggraviorum* inter illos, qui Burggraviatus jurisdictioni obnoxii erant; verum etiam reſponſum eſt de jure interrogantibus. Quæ reſponſa tantæ auctoritatis erant, ut non tantum Germaniae populi, qui jure Sax. utebantur, ſed etiam exteri, Poloni, illa peterent, & normam haberent litium finiendarum. Quin & ex *Polonia Magdeburgum* & *Hallam* tanquam ad arbitros appellatum eſſe quondam, rerum monumenta ſatis teſtantur *vid. Art. 13. Weichb.* CONRING. *de Orig. Jur. Germ. C. 29. & C. 31.* OCK. *d. l. p. 149.* Atque hanc ob cauſam Burggravios ut alios, ita & noſtros & *Magdeburgi & Hallis pratoria* ſua, ſive *palatia*, Richtſtuhl, Ding Städte, quibus nomen *Malli*, *Placiti* apud veteres datum eſt, GRYPH. d. l. c. 65. habuiſſe, ſatis eſt notum *vid. Gloſſ. ad Art. X. Weichb.* ibi: darum denen von Halla der Richt-Stuhl gegeben, und iſt genennt die höchſte Dinge Städt. *fol. 24. Col. 4. it.*

Scabin. Magdeb. & Hallenſis.

Pratoria.

4. it. fol. 25. Col. I. Denn Käyser Otto macht zu Magdeburg den höchsten Stuhl rc. de quibus multus est D. OCKEL. *d. l. th. 86. seqq. 148.* GRYPH. *de Collos. W. C. 65. In Chr. Magd. apud* MEIB. *T. II. p. 329.* sub Alberto XVIII. Archi-Episcopo, qui anno 1219. præesse cœpit Ecclesiæ, mentio fit loci, ubi fuerat *castrum Burggravii*, ex quo postea claustrum monialium ad *S. Mariam Magdalenam* anno Domini 1220. factum est, de quo & POMAR. agit in *Chr. Magd.* qui monasterium illud Pœnitentium, derer Reuerin, vocat. Illud vero notabile est, in civitate *Hallensi* judicium criminale nullibi alibi a *Sculteto* exerceri debuisse, quam coram statua Rolandi in foro Hallensi. Docet illud informatio ea, quam DN. OCKEL. adjecit *Tr. de Præscr. immemor. p. 356.* ibi: Das ander Gericht, daß der Schultheiß hat, darzu darff er sonder Schöppen nicht, noch es anderswo halten, als vor dem Rolande: quæ statua olim nullo tegumento inclusa sub dio posita erat: atque ita constituta esse debebat, ut Burggravius illam circumequitare possit. Quod & agnouerunt Arbitri, secundum ea, quæ supra sunt adducta §. 27. conf. OLEAR. *Halligr. ad ann. 1504. p. 219. 259.* DN. OCKEL. *de Pal. th. 36. 39. seqq. & 40. 146.* Ubi inter alia monet, Rolandum istum & bassæ jurisdictionis signum fuisse, unde illæ formulæ: des Schultheissen und des Berggerichts vor dem Rehlande, Schöppen des Gerichts auf dem Berge vor dem Rohlande zu Halle It. Sünden und Scheltworte, Beulen braun und blau, die sich in Schultheissenthum begeben, mag jeder frey klagen vor dem Rathe, oder Rohlande, id. §. 146. 47. Cæterum de forma istorum veterum judiciorum hic agere non attinet: quæ in libris Saxonici juris passim traditur.

Archipræsules conantur a Burggr. se liberare

§. XXXIV. Quemadmodum vero Episcopi & alii Prælati successu temporis ab Advocatis sese liberare, saltem illorum auctoritatem imminuere, & exercitia regalium tribuere sibi ipsis, strenue conati sunt, sæpe etiam pretio oblato,

oblato, collapsa auctoritate Cæsarum, quædam Advocati & Burggravii iisdem vendiderunt: ita & Archi-Præsules Magdeburgenses id haud intermiserunt. Non caruit etiam omni successu hic conatus: non potuere tamen a Burggraviis sese liberare omni modo, aut ab omnibus illorum juribus eos dejicere. Non defuere etiam ausus *Civitatum*, quæ ad se rapere quædam, atque jura Burggravii in constitutione *Scabinorum*, & *Sculteſii* ad se trahere studuere. Quæ omnia procul dubio a temporibus *Erici* Archi-Episcopi maximam partem derivanda sunt, etsi non certi simus, quid eo tempore præcise actum sit. Pertinent huc ea, quæ supra ex variis autoribus retulimus. Et quidem quod ad *Magdeburgum* attinet, Intercessores Servestani compertum sibi esse affirmant, Archi-Episcopo jus esse, vel in possessione eum esse saltem, daß Er den Schultheissen zu Magdeburg zu vereyden, beståttigen, auch die Schöppen des Orts unter den Tittel der Burggraffschafft zu Magdeburg vereyden, beståttigen, einweisen, und S. L. Geding daselbst setzen, hegen, und vor Gerichte solches ausruffen lassen mögen. WERN. *in Chr. Magd. C. 32.* sub Theodorico Archi-Episcopo, qui in ævum *Caroli IV.* incidit, ait: hat hernach den Schöppen-Stuhl erweitert, und das Burggraffengeding bestalt. Idem Successores ejus fecisse, ex POMAR. docet OCK. §. 151. Quo jure autem, an usurpatione, an cessione, an consensu Caesarum, nec ne, hæc particula muneris Burggraviatus venerit ad Archi-Episcopos, incertum omnino est. Illud vero notabile, Archi-Episcopos, hæc jura non ut Archi-Episcopos, sed ut *Burggravios Magdeburg.* exercere voluisse, manifesto indicio, agnovisse illos, non ex ipsorum propria potestate, sed ex alia fluere ista & pendere. Conf. SPEN. *T. II. Art. Herald. Proleg. fol. 18.* BRUMMER. *de Scab. C. 6. §. 14.* OCKEL. *de Palat. th. 151.* Quo ipso tamen non to-

Status Magdeb.

ctus Burggraviatus ne Magdeburgi quidem, extinctus, & in Archi-Episcopos translatus est.

Hallensis. §. XXXV. In urbe *Hallensi* jura Burggraviorum judiciaria, *Burggravii* felicius & plenius conservarunt. Agnovere id *Arbitri Servestani* §. 27. ut ex illis apparet, quæ supra in medium adducta, ubi de juribus Electoris ita loquuntur, ut non possessionem saltem, sed jus plenum & perfectum innuerint. Interim tamen negandum non est, & Archi-Episcopum, & Senatum per usurpationem quædam sibi adrogasse. Declarant hæc ea, quæ habet DN. OCKEL. *post Tr. de Præscr. p. 353.* Zu wiessen, daß in der Stadt Halle dreyerley Gerichte seynd, der Schultessen, der Saltzgråven, und des Raths unterschiedliche, und ein ieder Will hat zweyerley Gerichte, und zweyerley Bann, und Eigenschafft, wie hernach folget.

Von den Schultessen.

Der Rath zu Halle aus Innung und Gemeinheit, kiessen einen Bürger zu Halle gebohrn, oder der im Gerichten geziehlet ist, nach ihrer Gewohnheit, und bringen den an den Bischoff von Magdeburg, und bitten den zum Schultessen zubeståttigen, das soll der Bischoff thun, und beståttiget ihn zum Schultessen, und bringen ihn an den Churfürsten zu Sachßen, und bitten um Befehlung der Bannen, darunter er vollkommlich dinget. Also bringet der Schulteß zu Halle zweyerley Einweisung, zweyerley Eyde, zweyerley Bann, auch zweyerley Gerichte.

Von der Einweisung.

Wann der Schulteß nach Gewohnheit der Stadt Halle durch den Bischoff zu Magdeburg beståttiget, und der Bann an den Churfürsten zu Sachßen gesuchet ist, so weiset ihm der Bischoff vorm Rolande, als ein Herre den Landen ein, und das ist die

erste

erste Einweisung. Darnach weiset ihn der Churfürst von Sachßen rc. auch vorm Rolande, und leget ihn ein, das thut er als ein Burggraffe von Magdeburg, und das ist die andere Einweisung.

Von zweyerley Befehlung des Bannes.

Darnach leihet ihn der Bischoff das Schultzenthum, und befiehlet ihm das Amt und Zwang oder Bann über das Schultessen Gericht, das er wöchentlich in seinem Hoffe hält, vor dem Rolande zu vollnführen. Desgleichen geschiehet die andere Befehlung von Churfürsten zu Sachßen, der befiehlet ihm den Zwang und Bann über Leib und Leben, Halß und Bauch und allerhand, wie sich die zutragen, wie hernach weiter vermeldet wird.

Vom ersten Gerichte des Schulteßen.

Das erste heist, und ist gar ein Bürgerlich Gerichte, rc.

Von dem andern Gerichte des Schulteßen.

Das andere Gerichte, das der Schulteß hat, darzu darff er sonder Schöppen nicht, noch anderswo halten, oder beginnen, als vor dem Rolande, und das hat auch keine eigentliche Zeit, sondern wann sich die Fälle zutragen, mit Todtschlagen, Verwundung, Vorfestung oder Verweisung, oder so offt man einen will abthun, so heget der Schulteß mit den Schöppen das Gerichte, wenn es die Nothdurfft erfordert, diß Gerichte darff er zum Gebichenstein, auch nicht jenen anbündigen, auch darff, noch gebühret dem Voigte zum Gebichenstein, noch einem andern von den Bischoffen, wegen bey diesen Gerichte zu sitzen, und ist gar ein sonderlich Gerichte von andern gescheiden, und allhier gehet des Churfürsten von Sachßen Bann und Zwang an, denn der Schulteß darff auch solch Gerichte nicht hegen, er

er sey denn von dem Churfürsten von Sachsen belehnet, eingewiesen und habe die Emphehlung der Bannen: und mit diesem Zwange und Bann verfasset, und verbannet er alle Missethaten, Todtschläger, Friedebrecher und Mörder, und um Kämpfer Wunden, und allerley Unglück, die sich zur Peinlichkeit ziehen, und dieser Zwang und Bann gehet durch die gantze Stadt Halle, vor den Thoren, und so ferne des Raths-Gerichte mit Steinen vorgrentzet ist. Hæc ita de judiciis Scultesii. Habuit vero & alium vicarium Hallis *Burggravius*, illum scilicet, qui de rebus *salinariis* jus dixit, qui Saltzgräfe appellari solet, de cujus judicio, von des Saltzgräffen Gericht, sequentia apud DN. OCKEL. *d. l. 358.* leguntur: Der Saltzgrave wird gekohrn, und bestättiget wie der Schultheiß, allein daß er dem Bischoff von Magdeburg den ersten Eyd, wie der Schultheiß zu Gerichte nicht thun darff, und er schweret den Churfürsten alleine, der leihet ihm den Bann, wie hiebevorn von Schultheißen geschrieben stehet, und diesen heist man auch Müntz-Meister, umb der Müntzey willen, die er verwaltet. &c.

Das andere Gerichte.

Der Saltzgreve mag hegen das andere Gericht, das ist peinlich, denn er ist vom Churfürsten zu Sachßen damit belehnet, angewiesen, und der Bann ihme befohlen wird, in aller Maße wie der Schultheiß thut, auff alle peinliche Fälle, und sie beyde üben und gebrauchen ihre Gerichte und Königes Bann, nachdem ihnen der Churfürst von Sachßen geliehen, befohlen, und sie darzu bestätiget hat, ohne des Bischoffs Verhinderung.

Jus Burggravii Halis firmat. §. XXXVI. Ex hisce vero omnibus, collatis iis, quæ *Arbitris Servestanis* placuere, satis liquet, *Bannum regium* seu *jurisdictionem* criminalem Hallis indubie ad Electorem Saxoniæ pertinuisse, atque Sculkesium nihil harum

rerum

rerum agi potuisse, nisi introductus fuerit, & investitus ac solenni juramento adstrictus a Burggravio. Atque licet Sculcetus per usum vel usurpationem a Senatu & communitate civitatis Hallensis ex civibus electus fuerit: omnis tamen auctoritas illius, & potestas a Burggravio & ejus auctoritate Cæsarea pependit. Quod idem de Scabinis dicendum est. Vid. rescript. Car. IV. supra §. 23. adductum. Notabile exemplum ejusmodi introductionis Scultesii & Scabinorum contigit *1450.* tempore *Friderici II. El. Sax.* ipso præsente Electore, & quidem, ut solennis formula fuit: von GOttes wegen, und von des Reichs wegen, qui actus valde solennis describitur ap. DN. OCKEL. *de Pal. p. 119. & 105. seqq.* ubi etiam formula jurisjurandi Scultesii habetur æque ac Scabinorum. Similis processus, der Banns-Befehlung, ibidem legi potest, qui contigit *1564.* tempore & auctoritate *Augusti Elect. Sax. anno 1564.* d. 23. August. Noluerunt illo tempore Electorales Ministri introducere Sculretum, nisi scripto cavisset, se Dresdam venire, & Curiæ feudali se sistere, ibique investituram petere, & accipere velle. *vid. p. 185. d. l.* Quod vero ad jurisdictionem civilem attinet, ex dictis intelligimus, istam & in civitate Hall. auctoritate Archi-Episcopi sequioribus temporibus exercitam fuisse, ob quam causam etiam Archi-Episcopi fuit, confirmare & investire electum a civitate Hallensi, & introducere, quod ad causas civiles attinet. Quorsum etiam respicit *Chron. vetus Magd. sub D. supra §. 12. all.* Nec non *auctor Weichb.* qui Sec. XIV. scripsit, (CONRING. *de Orig. Jur. Germ. C. 29. p. 176.*) quando ita *c. XI.* ait: Denn der Schultheiß hat den Bann von den Graffen, und das Schultheiß-Amt von den Landes-Herrn, also hat auch der Burggraff den Bann von den König, und das Gericht von des Landes Herren. Quod vero ad *Judicium Salinarium*, das Saltzgraven Amt, attinet, similis distinctio usu venit, ut scilicet *Salzgravius* electus *Judicium Salinarium.*

electus a civitate Hall. criminale judicium sive bannum accipiat auctoritate Burggravii, civile uero auctoritate & jussu Archi-Episcopi, cui tamen jurare non debuit *Salzgravius*, conf. HOHND. *in Descr. Salin. Hall. C. 20. §. 112.* Ex quo discimus, adhuc hodie concessionem banni fieri, Immassen vormahls die hochlöbl. Churfürsten zu Sachsen den Bann zubefehlen pflegen. OCK. de *Pal. §. 128.* Cæterum & partem jurisdictionis Senatum Hallensem sibi adrogasse, & judicium quoddam Burggraviatus exercuisse, ex illis patet, quæ ap. D. OCK. *de Prescr. immemor. p. 356. & de Pal. th. 157. seqq.* habentur.

§. XXXVII. Præter rem judicariam vero & alia ad publicam rem pertinentia Burggraviis nostris demandata fuere. Missis, vel Comitibus Magdeburgo præfectis curam mercatuum publicorum & per hoc nundinarum solennium stapulamque commissam fuisse olim, ex illis discimus, quæ supra §. 7. allegavimus, & late comprobant LEUB. *de Stap. n. 248.* SCHOTT. *de Jur. sing. Antiq. Germ. Cap. 26.* Cessit illa & relicta quoque est *Advocatis* & *Burggraviis*, MARQ. *de Jur. Merc. L. II. c. 6. n. 35.* & inter hos *Magdeburgensi* quoque. LEUB. *d. l. n. 1648.* DN. OCKEL. *d. l. th. 89.* Istam autem curam & directionem nundinarum etiam eo pertinuisse, ut *Burggravius* auspiciis suis solus novas nundinas solennes instituere, jusque stapulæ & emporii indulgere potuerit, vel ea de loco in locum transferre, non interveniente auctoritate Cæsarea, verisimile non est: quod ab omni tempore in hunc usque diem potestas illa ad jura & reservata Imperatorum sit relata, & adhuc referatur. *Cap. Leop. A. 21. Josephi A. 22.* quibus tamen non parum restricta est. ZIEGL. *de Jur. Maj. L. I. c. 43.* Sane id quod tempore *Friderici Placidi* Electoris Sax. *1458* intuitu civitatis *Lipsiensis* factum est, de quo LEUB. ait *n. 1458.* non caruit assensu, & auctoritate *Cæsaris Friderici III.* de qua re PEIFER. *Rer. Lips. L. II. §. 33.* legi potest, & SCHNEID. *Chron. Lips. L. IV. p. 356.*

Cura Mercatus.

Pri-

Privil. Lipſ. adjecta Ord. Mercat. Succedit cura *monetæ*, quæ in Epiſcopatibus olim Burggraviis & Advocatis competiit. KNIPSCH. *de Civ. Imp. L. V. C. 3. n. 20.* item *cura ponderum, & menſurarum, Spec. Suev. C. 3. & 90. §. 2. & 3.* MAGER. *de Adv. Arm. C. 6. n. 220.* Cura & directio *vectigalium* LEHM. *C. S. L. IV. c. 22. fol. 368.* OCKEL. *de Pal. th. 105. 106. 107.* qui & ipſe curam hanc omnem noſtris Burggraviis Magdeburgenſibus docet competiiſſe *§. 171.* Notum alias eſt jus cudendi monetam, & concedendi facultatem monetam cudendi, item jus exigendi vectigalia, vel aliis dandi hanc facultatem, Imperatoris eſſe Imperio noſtro Romano Germanico, quod tamen hodie variis modis per capitulationes circumſcriptum eſt, magnamque partem Electoribus communicatum, qua de re actum *Jur. Prud. feud. C. VIII. §. 19. 34. & J. Publ. C. 43. §. 2. & 6.* Sed conceſſiſſe tamen Cæſares Eccleſiæ Magdeburgenſi quædam hac parte jura, ex Diplomate *Ottonis IV.* intelligi poteſt, quod extat ap. MEIB. in Apol. pro *Ottone IV. T. III. p. 127.* & in *Codice Diplom.* TOLN. *n. 71.* Datum illud eſt *Alberto* Archi-Epiſcopo 1209. in ſolennitate feſtiva *Brunſvigæ*, de qua ARNOLDUS *Lubecenſis* agit L. VII. C. 18. Verba huc pertinentia ea ſunt: *Porro cum Rom. Imperatores & Reges anteceſſores noſtri in omnibus civitatibus & oppidis Eccleſiarum Imperii durantibus curiis Imperialibus, in illis accipere conſueverint, thelonium & monetam: & in ſuos uſus convertere: nos propter ſinceram dilectionem, quam ad memoratum gerimus Archi-Epiſcopum, eandem conſvetudinem ejusque debitum prorſus abolere decrevimus, & tum Magdeburgenſi civitati, quam univerſis oppidis ad ipſam Eccleſiam pertinentibus, illius onus obſequii liberaliter in perpetuum relaxamus. In terris quoque, ubi ex antiquo Magdeburgenſis numiſmatis percuſſio currere conſueverat, ſtatuimus nec theloneum, nec monetam, aut per nos aut unquam per aliquem alium, niſi de voluntate & conſenſu ipſius Archi-Epiſcopi,*

Cura monetæ.

Ponderum.

Vectigalium.

vel successorum suorum ponendam. Quo ipso tamen nihil decessit juribus, curæ scil. & Episcopiæ *Burggravii Magdeburgensis,* qui testis in isto privilegio ejus rei allegatur. Missis regiis competiit quoque olim ista cura, ut census regalis sive omnia ista, quæ fisco regio ex provinciis inferenda erant, recte præstarentur, LEHM. *C. S. C. 44. p. 187. 192.* Quæ procuratio Burggraviis quoque cessit, & illis præsertim, qui Ecclesiis præerant, ex quarum bonis etiam mensalibus Episcoporum Steuræ Imperatori præstandæ erat. MAGER. *de Adv. Arm. C. 2. n. 6.* DN. OCKEL. *de Pal. p. 91.* Eadem cura Magdeburg. Burggraviis fuit, quos imperiales collectas seu Steuras collegisse dicitur, donec Philippus Imperator Rudolpho Archi-Episcopo XVII. Steuras Imperiales remiserit & donaverit. POMAR. *in Chron. Magd. sub Ludolph. XVII.* Et quum temporis decursu Archi-Episcopi jura territorialia sibi acquisiverint, ipsi collectas indicere & exigere cœperunt. De cætero si quæras, quo usque Burggraviorum Magdeburgensium jus ista omnia nomine Imperatoris exercendi porrexerit, difficile quidem erit limites definire: hoc tamen certum est, tempore *Carolingorum & Henrici Aucupis* quoque, in Burgo & vico Magdeburgensi potestatem illos suam exercuisse; sed nec in his solum, verum etiam in vicino pago, prout aliis Comitibus urbium, & Præfectis castrorum id in usu venit. Vid. *dicta* supra. §. 4. Quousque autem ille districtus, & speciatim *Comitatus Geronis* in Nordthuringia, cujus in diplomatibus sæpius mentio fit, vel imperium in Albi flumine, cujus meminit KRANZ. supra §. 8. citat. se extenderit, pariter non est in nostra potestate determinare. Ubi vero postea Archi-Episcopatui Præfecti isti Advocati dati sunt, jus & potestas illorum hoc intuitu tam late patuit, quam Archi-Episcopatus ipse: & potissimum se exeruit in civitatibus præcipuis Magdeburgo & Hallis.

Cura Census Regii.

§. XXXVIII.

§. XXXVIII. Munera hæc non ſine emolumentis fuere, quorum quædam recenſebimus. Competiit & olim Imperatoribus jus *albergariæ* & *fodri*, tum in terris aliorum Statuum, tum præcipue in terris Eccleſiarum MAGER. *de Adv. C. 10. n. 128.* STEPH. *de jurisd. L. III. T. I. C. 14. n. 128.* Exercuerunt autem illud loco Imperatorum Burggravii & Advocati, qua de re latius egit KLOCK. *L. III. Conſ. 14. n. 43.* Quod præſulibus & Clericis inviſum ſemper fuiſſe, *ex cap. 23. X. de Jur. Patron.* patet. Et ſane non negandum, in abuſum hoc tractum ſæpius eſſe, & commeſſationibus nimiis, compotationibus, aliisque generibus laſciviæ exoſum redditum fuiſſe. In privilegio, quod ſupra excitavimus, jus illud *Albergariæ* reſtrictum quodammodo eſt ab Imperatore, his verbis: *Ceterum &c. nos neque per nos, neque per homines noſtros faciemus, vel fieri mandabimus in Civitate Magdeburgenſi, vel in oppidis, vel in aliquibus bonis Archi-Epiſcopi & Eccleſiæ aliquam exactionem, nec ſumemus hoſpitia, quæ vulgariter Herbergarie nuncupantur, contra voluntatem Archi-Epiſcopi, vel alicujus ſui ſucceſſoris, per hanc etiam ſpecialem gratiam noſtram Eccleſiam Magdeburg. volentes eſſe ſpecialiter honoratam.* Utrum vero per hoc privilegium omne jus Burggravii hac parte ſublatum fuit, dubitare haud ſine cauſa licebit. Hoc vero eſt illud ipſum privilegium, quo eſt ceſſit *Otto* in gratiam Eccleſiæ Magdeburgenſis antiquo iſto jure, quo gaudebant Imperatores in occupandis bonis decedentium Prælatorum, aut etiam Eccleſiarum vacantium reditibus, de quo jure peculiaris Differt. MEIB. *T. III.* extat *p. 185. conf.* LEHM. *L. V. C. 74. 75.* quod intervertere poſt ceſſas inveſtituras Epiſcoporum variis modis conati ſunt Pontifices & Epiſcopi. Apparet tamen ex hoc privilegio, iſto tempore *Ottonis IV.* in univerſum Cæſares eo nondum ceſſiſſe. Porro & mulctas certas ad Burggravios pertinuiſſe, & bona, quæ in commis-

Emolumenta Burggraviorum

Albergaria.

Multa.

missum ceciderunt, ex textibus juris Saxonici *Provinc. & Weichbildi* passim apparet, quamvis non negaverimus, fisco Imperatorio partem quandam inferendam fuisse, LEHM. *L. II. C. 44. p. 180.* Pertinent huc ea, quæ ex *Arbitrorum* placito supra §. 27. adducta sunt. Jure porro Burggraviatus competiere jura fori, vel facultas exigendi das Marck-Recht, quod Sculteſii & Salzgravii per ministrum den Voigt und Frohn exegerunt, adeo, ut, quiescente officio Sculteti, nec Archi-Episcopis licitum fuerit Hallis jura fori exercere. D. OCKEL. *de Pal. Reg. th. 169. & Lit. L. p. 105.* Fuit etiam illorum jus percipiendi sportulas. Quibus de rebus agit *diploma a* DN. LUDEWIG. excitatum *in Tr. de re monet. ant. Germ. p. 266.* Quæ jura Burggravii restricta ibi dicuntur; sed tamen *consentiente Burggravio.* Pertinet etiam huc illud, quod ex supra dictis §. 27. patet, quod novus Scultetus pro investitura dolium vini dulcis præstare debuit Burggravio.

Jura Fori

Sportulæ

Propria bona.

§. XXXIX. Advocatiis & Burggraviatibus castra quædam & terras adhæsisse notum est, quæ propter munus Burggraviatus ab Imperatoribus & Regibus, Burggraviis, una cum ipso munere in feudum data sunt. Qualia feuda *conditionata* dici solent, & in specie *Advocatiæ.* STRV. *S. J. F. c. IV. th. 20.* ROS. *de Feud. c. IV. c. 14. Jur. Prud. feud. C. 4. th. 30. 31.* Sæpe etiam titulo *allodiali* a summis Principibus concessa fuere. Contigit etiam sequioribus temporibus, ut ipsi Episcopi et Ecclesiæ Advocatis a Cæsaribus datis bona quædam jure beneficiario, vel alio largirentur; interdum etiam de munere Advocatiæ Burggravios, quos ut diximus ipsi sibi constituebant, investirent. MAGER. *de Advoc. Arm. C. 10. n. 477.* ROSENTH. *de feud. d. l.* LEHM. *Chr. L. II. c. 17. p. 87.* Multa etiam forte aliunde quæsita. Illos, qui Magdeburgi castro præfuerunt olim, & postea Burggravii facti, in *Nordthuringia*, quæ Saxonibus cessit eo tempo-

tempore, quo Thuringiam illi cum Francis partiti sunt, SAGITT. *de A. Thur. L. II. c. 12.* & quidem in tractu ad Albim & vicinia Magdeburgi, bona possedisse, satis credibile est. Quænam autem illa fuerint, difficile erit definire. FR. IREN. *in Exeg. C. 112.* scribit, nescio quo *Hermanno Saxonum Scriptore* auctore: *semel Burggraviis illis defectionem contigisse in Hermanno Burggravio, & Ottonem Cæsarem, sui nominis primum, multa huic Burggraviatui detraxisse, & erecto novo Ducatui Luneburgensi adjecisse.* Sed quænam illa fuerint, incertum est. Ex *Comitatu Geronis*, quem primum Burggravium perhibent, multa Ecclesiæ Magdeburgicæ ab *Ottone* data esse, ex diplomatibus supra §. 22. seq. all. constat. Utrum vero illa ad fiscum Imperatorium pertinuerint, an Burggraviis concessa fuerint, eorumque propria facta, hisque annuentibus, Ecclesiæ data, dubium. Sane ex diplomate §. 10. adducto, civitates donatas *Regiæ & Imperatoriæ proprietatis* dicuntur fuisse. Docemur etiam ex Diplomate, quod ap. SAGITT. *in A. Magd. §. 85. 86.* extat, bona quædam inter Ottonem Regem & Billingium Comitem per cambium commutata, monasterio Magdeb. donata esse. Factum id est *anno 969.* & refert hoc SAGITT. ad *Herm. Billingium §. 86.* qui forte eo tempore jam Burggravius fuit, postquam *Gero* 965. obiit. An vero illa bona pertinuerint ad Burggraviatum, incertum. Apud eund. SAGITT. §. 80. Diploma habetur, in quo Otto I. *quicquid proprietatis habuit in arce Gommern*, donavit Ecclesiæ. DN. OCKEL. cujus diligentia in hoc argumento multum nobis profuit, *de Pal. Reg. §. 176. Wittebergam* nostram ad Burggravios Magdeb. spectasse, ex authenticis in Archivo Hallensi repertis instrumentis doceri tradit; quod uti penes nullum alium legimus, ita optamus, tabularum copiam fieri, quibus hæc comprobari possunt. Dynastiam *Rosenburgensem* ad Burggraviatum nostrum pertinuisse, ex illis, quæ

supra

ſupra §. 15. auctore SPANGENB. attulimus, patet. Conf. *Idem Spec. Nob. L. X. C. 20. p. 318. Autor. Chr. Magd. ap.* MEIB. *T. II. p. 276. Roſenburgum ab Ottone II. Eccleſiæ Magd.* datum fuiſſe refert. Qua vero ratione *Roſenburgum* ad Burggravios, & ab his ad *Comites Barbienſes*, qui titulo feudali ab Archi-Epiſcopatu id poſſederunt, ut ex Illuſtris AUCT. H. E. Viri, uti de ſumma Reipublicæ, ita & de bonis literis immortaliter meriti, traditis, *T. I. p. 248.* diſcimus, pervenerit, compertum nobis non eſt. Venit vero, extinctis Barbienſibus, una cum Comitatu Barbienſi (*vid. Illuſtr. A. H. E. Tom. I. p. 242.*) *ad D. Auguſtum Saxonem, Adminiſtratorem Magdeburg.* a quo dominium utile Nobilis ab Ende accepit, qui Potentiſſimo Electori Brandenburgico poſtea iſtud vendidit. PECKENST. *Theatr. Sax. P. I. p. 340.*

Hodiernus ſtatus territorii Burggraviatus.

§. XL. Quæ & hodie ſuperſunt bona Burggraviatus, in præfecturis *Gommern, Elbenau, Ranis, & Plozkau &c.* conſiſtunt, quæ ab Imperio titulo feudali recognoſcuntur, de quibus in Rec. Isleb. hæc habentur: Daß auch daſſelbige Burggraffthumb zu Magdeburg auf ſondere Aemter, welche auſſer des Stiffts Magdeburg gelegen, außgeſetzt und fundiret ſey, als Gommern, Ranis, Elbenau, Plotzkau ꝛc. und der Churfürſt zu Sachſſen ſich derhalb des Tittels, Burggraff zu Magdeburg, mit deme darzu gehörigen Wappen, und daß S. L. und derſelben Erben und Nachkommen das Burggraffthumb mit ſeinen darzu gehörigen Aemterm hinführo vom Heiligen Röm. Reich nicht ſollen zu Lehn empfangen, nicht begeben kan. LIMN. *de Jur. Publ. L. III. c. 10. n. 17.* Hæc cur in dubium vocet, idque magno conatu faciat DN. TEXTOR. *in J. Publ. tit. 11. n. 598.* ſeqq. nulla ſane cauſa eſt. Confundit ille cum *Burggraviatu* vel Præfecturis ad eum pertinentibus, *Præfecturas*, quas vocant *quatuor exemtas Querfurt, Gutterboek, Dame & Burg*, quarum ceſſio Ele-

Electori Saxon. jam *Pace Pragensi* facta §. 17. atque in tabulis Pacis *Osnabr. a. 10. §. 9.* denuo confirmata est. Hæ præfecturæ nihil commune habent cum Burggraviatu Magdeburgico, de quo nihil in instrumento Pacis illius actum est, ut adeo frustra dubitet DN. TEXTOR, an post pacem Westphalicam jus retinuerit Burggraviatus & titulum *Elector Sax.* vel credat, loca *Gommern*, *Ranis*, *Elbenau* &c. eadem esse, ac *Querfurt*, *Jutterbock*, *Dame & Burg*, nominaque saltem temporum tractu esse immutata. Sane distinctissima illa loca esse omnes norunt, qui harum & vicinarum nostrarum regionum situm, & Geographiam vel leviter norunt. Neminem etiam fugere potest, *Præfecturas* illas *exemtas* post *D. Joh. Georgii I.* obitum *D. Augusto* primogenito filio cessisse, & ab ejus Serenissima Progenie, quæ *Weisenfelsensis* dicitur, in hunc diem sub nomine *Principatus Querfurtensis* possideri, cui per Rec. *anno 1663.* Præfecturæ Heldrungen, Sittichenbach, und Wendelstein, junctæ & incorporatæ sunt. *Illustris auctor H. E. T. I. p. 257.* De cujus *Principatus Querfurtensis.* Principatus suffragio in Comitiis & diætis Circularibus actum *Jurispubl. Prud. C. 45. §. 12.* Lites vero, quæ de hoc Principatu inter Serenissimum *Electorem Brandeburgicum* tanquam *Duc. Magdeburgicum*, qui dominium directum in præfecturis istis IV. exemtis & jus territorii prætendebat; atque *Serenissimum Ducem Weisenf. D. Johan. Adolphum* ortæ, transactione anno 1687. finitæ sunt, qua *Potentiss. Elector Brandenburgicus*, accepta Præfectura *Burgensi*, omni illa prætensione quoad reliquas *Querfurtum*, *Jutterbock & Dame* cessit, promisitque apud Cæsarem & Imperium id agere, ut votum *Querfurtense* in Comitiis introducatur. Summa illius Recessus legi potest ap. MULL. *in A. S. ad d. ann. p. 559.* Ceterum DN. TEXT. seduxerunt verba Instr. Pac. *Cum illa jam olim Domino Electori Saxoniæ tradita sint*, quæ tamen explicationem ex tabb. pacis Pragensis accipere debent.

Vasalli Burggraviorum. *Conf.* OBRECHT. *ad Instr. Pac. d. l.* In istis vero terris, forte etiam alibi, Burggravii nostri vasallos vel valvasores suos habuisse, dubitare non licet. Fit illorum mentio in tabulis investituræ *Sigismundi* quoque, ibi: Mit aller Herligkeiten ꝛc. Mannen, Mannschafften, Lehn und Lehnschafften ꝛc. Supersunt hodie quidam adhuc in terris Burggraviatus, quos recenset PECCENST. *T. I. Theatr. Sax. p. 341.* Scilicet; Die von Zerbst, Arnsdorffl, Alemann, und von Wolffen. Alios forte Acta Curiæ Feudalis suppeditare possunt. Gens illa *Alemannorum* antiqua nobilitate jam dudum claruit, atque multos genuit Viros, magnis meritis qui inclaruerunt. Fuit inter illos *Jacobus Alemannus, JCtus percelebris, & incluti Scabinatus Magdeb.* quondam *Assessor*, cujus scripta egregia & consultationes, de re præsertim monetaria, nemini ignota esse possunt. Veterem dignitatem gentis novo decore ornat illustris JOANNES ÆGYDIUS ALEMANN, *Ægydii*, in Aula El. Sax. quondam Consiliarii, F. quem non ita pridem Potentiss. Polon. REX, & EL. SAX. Consilio Status Intimo assidere, & vicariam Directionem generalem rerum metallicarum, quarum cura est Alemannis quasi propria, suscipere, clementissime jussit. Quas summas dignitates excellentissimo Viro, de publica re maxime merito, cum voto omnis perennis felicitatis demisse gratulamur. Ceterum existimat DN. OCKEL. *de Palat. th. 173.* quatuor illas dignitates, quas recenset *Weichb. Art. XIII.* Die vier eingebohrnen Dienst-Mann des Gottes-Hauß zu Magdeburg, des Marschalcks, des Trugseßens, des Schenckens, und des Cämmerers, a Burggraviis fuisse recognitas, &, qui munera hæc gesserunt, eorum officiales.

Insignia. §. XLI. Propter istum vero Burggraviatum *insignibus* etiam certis usi sunt Burggravii, & in hunc usque diem propter eum Electores Saxoniæ & quidem soli, ut diximus, nec ullus alius Saxoniæ Dux, utuntur. De insignibus ita illu-

illustris *A.H.E.T.1.p. 260.* Ein in die Länge herab getheiltes Schildlein, in dessen vörderer rothen Feldung ein halber weiser mit Gold gekrönter Adler, in dem hintern silbern Theil aber 4. rothe Zwerg-Strassen erscheinen, wegen des Burggraffthumbs zu Magdeburg. Sequentia verba habet SPEN. *De insig. Sax. Sect. 1. §. 23. Sequitur nunc tertia bujus ordinis* (scilicet tertii) *areola, Magdeburgico Burggraviatui dicata, quæ ex summo bipartita priori parte rubea, aquilam dimidiam argenteam* (*sunt qui auream pingunt, alii, ut ap.* SIBM. Wapenb. 2. *p. 7. rubeam in argenteo solo*) *aurea corona exornatam, in posteriori argentea quatuor* (*sunt, qui 3. solum admittunt*) *coccineas fascias ostendit.* (*parti au premier d' argent à une moitié dextre d'un aegle de gueules, au 2. de gueules, 4. fasces d' argent*) DN. HOEN. *de Insign. Sax. C. III. §. 45.* Nun trifft die Reihe das Burggräffliche Magdeburgische Wappen, so das letzte in dem 6. Rang, und dem Schilde nach zutheilet ist, in dessen rechter rother Feldung, ein weiser mit Golde gekrönter halber Adler, in dem Lincken weissen aber 4. rothe Zwergstriche sich darstellen. Statt jenes hat des Siebmachers Wappen-Buch einen rothen Adler im weissen Felde, auch lassen statt dieser 4. Streiffen es andere nur bey dreyen bewenden. Davor *Aldrovandus* gar nur 2. schwartze auffgerichtete Pfäle setzet, wann er *Lib. I. Ornithol. fol. 104.* schreibet: *Burggraviatum Magdeb. cum fasciis nigris duabus a sinistris per longitudinem scuti positis semiaquilam usurpare.* Welcher irrenden opinion niemand, sondern vielmehr diesem Beyfall geben wird, daß wie die aus alten Wappen oder Siegeln genommene IIX Figur vorstellet, das Burggräffliche Magdeburgische Wappen, den ungekrönten Adler einer, und anderer Seits 7. Querbalcken, oder Streiffe in sich hat. De *Galea & apice* hæc habet SPEN. *Sect. II. §. 11. Quod Magdeburgensem Burggraviatum concernit; ejus galea coronata est, & pro acrostolio cornibus* (*qualis solet in nostratium galeis figura esse*) *re-* *Galea & Apex.*

 pandis

pandis utitur. Cornua ea taniis ex scuto depromtis distinguuntur, & lacinia ejusdem tincturæ circa galeam volitant. Ita Saxonici pictores repræsentant apicem, aliter Wapenb. *P. II. p. 7. In hoc enim jugum alarum fasciis scutariis pictum loco coronæ & cornuum cassidem tegit.* DN. HOEN. vero: Dessen gekrönten Helm werden von den Mahlern insgemein ein paar roth- und weise gestreiffte Büffel-Hörner aufgesetzt, und die um solchen fliegende Decke mit gleichen Farben angestrichen. Vorbemeldtes Wapen-Buch ersetzet sonsten diese Hörner, und der Cronen Platz mit einen paar ebenfals roth und weißgestreifften Flügeln. Originem insignium istorum in scuto refert AMERSB. *in Chr. March. & Magd. p. 81.* traditque, ab Henrico Geroni data esse. Ita vero ille: Diesem macht erstlich Keyser Heinrich zum Burggraffen zu Magdeburg, gab ihm zum neuen Wapen, den halben rothen Adler, und 3. rothe Balcken. Quo autore id fiat, suo loco relinquimus.

Immedietas. §. XLII. Ex hisce vero omnibus, quæ hactenus in medium adducta, satis apparet, in relatione ad totum Imperium *Burggravios* nostros semper immedietate sua gavisos esse, hoc est, munus & territorium immediate accepisse ab Imperatoribus, & Imperio, & immediate hisce fuisse subjectas. Testatur hac de re illa, quæ de origine prima Burggraviorum, uti omnium, ita etiam speciatim *Magdeburgicorum* adduximus, qui omnes ex constitutione Imperatorum derivantur. Vidimus, qua ratione successio Burggraviorum auctoritate Cæsarum contigerit, atque ab illis Burggravii de munere & terris investiti fuerint §. 9. seqq. Atque licet Archi-Præsules & Ecclesia in præsentatione Burggraviorum quasdam partes habuerit; ultima tamen analysis negotii constitutionis Burggravii semper recidit ad Imperatorem. Quin & illis temporibus, ubi hæreditarium munus hoc factum est, præsentatio ista Archi-Episcoporum cessavit. Neque enim legimus, eo tempore

pore, quo *Rudolphus I.* Cæſar in *Aſcanios*, vel *Sigismundus* in *Miſnicos* dignitatem transtulit, Archi-Epiſcopum partes quasdam habuiſſe. Oſtenſum etiam fuit variis in locis auctoritate Cæſaris & Imperii jura ſua & judicium exercuiſſe. Quis ergo vellet de immedietate iſta dubitare? Haud negamus, ſequioribus temporibus, quo Duces, aliive Principes hæreditario jure territoriali regionibus ſuis præeſſe, atque Epiſcopi etiam latius ſuas fimbrias extendere cœperunt, & mediatos Burggravios Dominis territoriorum ſubjectos fuiſſe, vel etiam ab iis novos Burggraviatus conditos, & ab Epiſcopis propriis auſpiciis Advocatos electos & conſtitutos, ceu jam dictum. Ita enim legimus in rerum monumentis, *Lotharium* Cæſarem, cum Landgraviatum Thuringiæ conderet, varios Comites, & inter hos quoque Burggravios Kirchbergenſes novo Landgravio ſubjeciſſe. HACK. *de Comit. Templi-Mont. in Doringia, edit. a Dn. Paullini in Syntagm. Rerum Germ. p.331. Conf.* SAGITT. *de Antiqu. Statu Thur. p.64.* & quam plurimos recenſet ALBIN. qui partim Marchionibus *Miſniæ* ſubfuerunt. Idem vero noſtris Burggraviis Magd. contigiſſe, quod ſtatum immedietatis primævum mutaverint, idoneis monumentis probari non poteſt. Quodſi vero forte etiam feuda quædam ab Archi-Epiſcopis & Eccleſia acquiſiverint, quorſum forte Dynaſtia Roſenburg olim pertinuit, nexus hic feudalis, vel ſubfeudalis, non infert ſtatim, ut notum, ſubjectionem etiam immediatam, ne quidem ratione iſtorum feudorum. Et ſi inferret, atque ſic Burggravii ratione iſtorum feudorum, de quibus quidem nobis non conſtat, & ſubditi, & vaſalli mediati fuiſſent Epiſcopi, nihil tamen horum pertineret ad ipſum munus, dignitatem, bonaque Burggraviatus ipſius. *Conf. Jurispr. Feud. C. 5. §. 34.* Poteſt etiam contingere, ut quidem quis vaſallus immediatus alterius Status, ſimulque civis immediatus Imperii, vel vaſallus im-

mediatus Imperii, subditus tamen immediatus alicujus Imperii Status sit. SCHILT. *ad Struv. S. Feud. C. 6. §. 10. p. 57. & ad C. 42. J. A. Jurispr. Feud. C. 5. §. 34. C. 8. th. 18. & Iurispr. Publ. C. 58. §. 8.* Sed hæc unquam ratione Burggraviatus nostri contigisse, haud licebit affirmare, nisi argumenta idonea simul hujus rei afferantur. Istius vero immedietatis indicium inter alia & hoc est, quod in matricula tempore *Friderici III.* occasione belli Turcici confecta in classe Principum secularium hæc habeantur: *Maidenburg* 2. zu Roß, 4. zu Fuß: quo loco nihil aliud quam Burggraviatus noster intelligi potest. Nam Archi-Episcopatus jam inter Principatus Ecclesiasticos in censum relatus est, & non apparet, quis alias hoc loco intelligatur. Extat illa matricula apud LEHM. *L. VII. C. 112. p. 970.* Quod vero in recentioribus matriculis nihil de Burggraviatu reperiatur, immedietati nihil detrahit. Nam forte, quia ab Electoribus Saxoniæ possessus est sequentibus temporibus, ejus portio conferenda sub Electoratus rata comprehensa est, vel immunitatem meruit ab his muneribus, quod aliis etiam contigit immediatis civibus.

Dignitas Burggraviorum. §. XLIII. Age nunc solliciti simus de dignitate & honore nostrorum *Burggraviorum! Burggravios* in genere ad classem Comitum pertinuisse, nemo dubitabit, atque adeo *Burggravios* nostros Magdeb. in hunc censum relatos fuisse, nec ullus ambiget, quamvis fieri potuerit, ut major illis etiam interdum juncta fuerit dignitas Marchionis, vel Ducis, quod Geroni & Hermanno Billingo, aliisque contigit, & modernis nostris Burggraviis Magdeb. usu venit. Atque ideo in antiquis monumentis nostri Burggravii *Comites* ἁπλῶς, & Burggraviatus *Comitatus Comitia* dicti sunt, ceu supra monitum. *vid.* EYB. *de T. Nob. p. 102.* Interim tamen non putamus a vero alienum esse quod HACKIUS scribit de *Comit. T. M. apud Paulin. in Synt. Rer.*

Germ.

Germ. p. 332. Burggravios gradu aliquo digniores esse, quam illos, qui simpliciter Comites dicuntur. Scribit etiam VOSSIVS in Vita *Fabiani Senioris Burggravii Donaviensis: axioma Burggravii sublimius visum fuisse & magis arrisisse.* Atque adeo non difficile fuit ad dignitatem Principum, pressius sumto vocabulo hoc, (nam alias apud veteres sæpe sub hac voce etiam Comites comprehendi, & per Comites Principes intelligi notum est, EYB. *d. Tit. Nob. p. 14. 102.* ITT. *de F. Imp. c. 3. §. 14.*) ascendere. Sic idem HACKIUS monet, Comites *Hennebergios Burggravios* de *Würzenburg* fuisse quondam, qui postea *Comites principali dignitate gaudentes* dicti fuerunt. Ex illis *Burggraviis*, qui nomen hoc retinuerunt, Principum tamen dignitatem consecuti sunt, quatuor vulgo recensentur ap. GOLD. *T. I. Const. p. 18.* & LIMN. *L. I. C. 8.* inter quos noster quoque est *Magdeburgensis*, & præter illum *Norimbergensis*, *Zorbeckensis*, *& Misnensis*. Recensentur etiam quatuor Burggravii in illis quaternionibus, quas ex GOLDAST. LIMNÆUS *L. I. C. 7.* habet, ubi tamen loco *Zorvveckensis & Misnensis*, *Reineccensis & Strombergensis* reperitur. Burggravii, qui non sunt Principes, *a* GOLD. *Tom. I. fol. 27.* longa serie recensentur, *& ap.* LIMN. *L. I. C. 8.* Quo vero tempore hic vel ille & speciatim noster principalem istam dignitatem induerit, difficile erit certo definire. Nec potuit illud versatissimus in antiquis monumentis B. SCHURZFLEISCHIVS noster: scribit tamen *Epist. 37. ad illustrissimum Baronem Frisium*, auspicio *Rudolphi Habsburgii*, Principibus æquari cœpisse Burggravios. Si illis fidendum esset tabulis, quæ de torneamentis agunt, quas supra §. 9. ex GOLD. retulimus, res esset, quod ad nostrum attinet, confecta: nam ibidem manifesto *Burggravius Magdeburgensis* Principum classi accensetur.

§. XLIV.

XLIV. In Diplomate *Ottonis IV.* quod jam ſupra ex MEIB. & TOLN. ex geſtis anni 1209. §. adduximus inter Comites, ſed loco altiori, ponitur noſter. Namque poſt *Albertum Marchionem Brandenburgenſem* collocatum legimus *Comitem Fridericum de Brene, Gevehardum Burggravium Magdeburgenſem, Comitem Adolphum de Scovenburg, Comitem Burchardum de Mansfeld, Comitem Algerum de Hohenſtein &c.* Idem fit in Diplomate 1215. ſcripto ejusdem *Ottonis*, cujus meminit MEIBOM. *T. III. Rer. Germ. p. 164.* In Diplomate *Friderici II.* anno 1213. dato *Geverhardus* Burggravius Magdeburg. inter Comites reperitur apud GOLD. *T. I. p. 290.* in tabulis *Caroli IV.* quæ ad annum 1355. pertinent, & de incorporatione *Sileſiæ* & *Luſatiæ* in Regnum *Bohemiæ* agunt, *Burchardus Burggravius Magdeburgenſis & Albertus de Anhalt Spectabiles* dicuntur & *Comites*, quæ tabulæ extant *apud* GOLD. *T. I. Conſt. p. 347. edit. nov.* in Bulla *Metenſi Caroli IV.* data *Rudolpho II.* de Jur. Elect. Succeſſ. & Tutela Sax. anno 1357. in fine hæc habentur: *Fridericus Marggravius Misnenſis, nec non ſpectabiles Burchardus Burggravius Magdeburgenſis, Albertus Nürnbergenſis Burggravius,* HORTL. *Tom. I. L. IV. c. 9. n. 108.* In Conſtitutione ejusdem *de Foreſtariis* de anno 1358. *Spectabiles* dicuntur, *Burchardus Burggravius Magd. Magiſter Curiæ. & Comes de Rez.* GOLD. *T. I. p. 370.* In aliis tabulis Caroli IV. de *Privilegiis* & immunitatibus Clericorum *de 1359. Burchardus Burggravius Magdeburgenſis* poſt *Illuſtres* Duces *& Principes* inter *Spectabiles* & *Comites*, qui teſtes fuere, recenſetur. GOLD. *T. II. p. 92. 93.* De titulo *Spectabilis*, qui intermedius inter *Illuſtres* & *Clariſſimos* fuit apud *Romanos* & *Byzantinos* præſertim, quid ſibi voluerit, diſci poteſt *ex Jacob. Guthero de Off. Domus Auguſt. L. I. c. 9. &* DN. BECM. *Notit. dignit. Ill. C. 7. v. 9.* Multus eſt *Henningius* GOEDEN. *noſter Conſ. 39. n. 5.* ut demonſtret ex jure Rom. Comitibus noſtris Germanicis axioma ſpectabilis com-

competere. Quod quidem, ut ex Rom. jure deduci haud poteſt, ita monumenta iſta teſtantur, ævo *Caroli IV.* omnino ab Imperatoribus titulum iſtum Comitibus datum fuiſſe, quemadmodum *Duces & Principes Illuſtres* dicti ſunt. Interim jam ævo *Caroli IV. & antea* Burggravios quosdam ſupra conditionem Comitum evectos fuiſſe, & Principibus æquales factos, ex Diplomate *Caroli IV.* patet, quo *anno 1363.* Imperator *Burggraviis Norimbergenſibus* Principalem dignitatem novo robore munivit. Exhibet illas tabulas LIMN. *Tom. II. L.5. C.7. n. 130.* Notabilia ſunt verba, quæ ibidem habentur: *quamvis rationabili fide dignorum teſtimonio dudum informata ſit noſtra Serenitas, qualiter ſpectabiles Norimbergenſes Burggravii ab antiquo tempore nobilitate ſua illuſtribus Principibus parificati ſint & fuerint, & adhuc in omnibus & ſingulis nobilitate Principum potiantur &c.* Imo jam ante, quam Diploma hoc ſcriptum, in Aurea Bulla tit. I. proximum a Principibus locum occupant. Atque hinc nullum dubium eſt, eodem etiam ævo & jam antea, a *Rudolphi I.* Imperatoris minimum tempore, tam celebrem Burggraviatum, quo illuſtriorem in Archi-Epiſcopatibus non reperiri, ait Autor Diſc. von Reichs-Voigt. Lit. ZZZZ. æque Principibus parificatum; vel, ut Auctor Vot. 23. Cam. apud GYLM. *T. I. p. 3. n. 43. p. 95.* loquitur. Burggraviatum minimum comitatum cum principali poteſtate, Gefürſtete Graffſchafft, fuiſſe. Qui idem Auctor Magdeburgenſes & Norimbergenſes præ cæteris excelluiſſe ſcribit, & inter Principes & Comites medio loco poſitos fuiſſe. Neque etiam ex tabulis illis *Carolinis*, quas in partes vocavimus, aliud certo colligi poteſt. Nam licet ibidem Burggravius *Spectabilis* dicatur, & accenſeatur Comitibus: tamen ex diplomate modo allegato apparet, & *Burggravium Norimbergenſem dici Spectabilem*, nihilominus tamen Principibus fuiſſe *parificatum*. Quod & fieri potuit, ſi maxime inter Comites

Burggravii Principali dignitate gaudent.

mites adhuc referatur. Ut taceamus *Burchardum* illum, quem tabb. *Carolinæ* loquuntur, *honorarium* saltem *Burggravium* fuisse, de qua re actum §. 17. Sane in tabulis anni 1355. *Alberto de Anhalt.* præponitur, qui *Anhaltini* jam tum Principum dignitate usi sunt. SAGITT. *de Reb. Anhalt. C. 2. 15.* Tempore *Sigismundi* Norimbergensem Burggraviatum inter Principatus, relatum fuisse, certum est. In Diplomate ejus Imperatoris de Success. Palatina de Anno 1414. quod habet FREH. *in Repræs. Imp. p.557. &* TOLLN. *in Cod. Diplom. p.95. post Renaldum Ducem Juliæ & Geldriæ, Fridericus Burggravius Norimbergens. collocatur*, & præponitur adhuc Episcopis quibusdam *Herbipolensi & Spirensi*, *Adolpho de Clivis* & omnibus Comitibus. In *Ord. R. 1500. tit.* Wie 6. Räthe ꝛc. *1571. §. 21. Norinbergenses Principibus accensentur.* Vid. infra §. 47. Ævo *Friderici III.* Magdeburgico hoc contigisse, nullum dubium est; qua parte provocamus ad matriculam anno 1471. Ratisbonæ conscriptam, quam ex *Lehmanno* supra §. 42. allegavimus, ubi inter Principes seculares *Meydeburg* refertur, atque sine omni dubio intelligitur *Burggraviatus*. Ut ne de principali dignitate Burggraviorum Misnicorum dicamus, de quibus infra agendum erit, ubi de sessione & suffragio in Comitiis dicendum.

Ordo titulorum nil nocet.

§. XLV. Ex eo vero, quod a temporibus *Rudolphinis* postposuerunt *Ascanii* titulum Burggravii axiomati Comitatus *Brene*, ceu ex Diplomatibus supra §. 20. adductis apparet, qui ordo & in *Sigismundi* tabulis investituræ, qua jus *Ascaniorum ad Misnenses* translatum, retentus est, haud licet inferre, inferiorem Burggraviatus dignitatem *Comitiæ* fuisse. Nam eo seculo in disponendis titulis non adeo curiosi vel exacti vel solliciti fuere homines. Etiam causæ adesse possunt, quæ quidem nos nunc latent, ob quas id factum est. Potuit forte id ideo factum esse, quod axioma Comitis *Brenensis* prius assumptum fuit, vel etiam prius quæsi-

tum

tum, quam Burggravii; vel Comites Brenenses etiam Principali cum dignitate Comites fuere. Prætulisse etiam interdum titulum Burggravii axiomati Comitis Brenensis, ex diplomate *Rud. III. & Albert. III.* patet, supra relato §. 20. ubi & *Comit. Palat.* dignitatem his postpositam videmus. Sane Ascanios titulum *Archi-Marschalli* & deinde *Electoris*, quibus primitus plane non usi sunt, cum jam *Burggravii* axiomate uterentur, huic etiam postposuisse, eadem Diplomata testantur. Quis vero ideo vellet dicere, inferiorem esse Archi-Marschalliam & Electoratum Burggraviatu? Et adhuc hodie Serenissimi Electores Saxoniæ postponunt titulum *Archi-Marschallia* & *Electoris*, axiomati Ducis Saxoniæ, Juliæ &c. cum tamen dignitates istæ utique potiores sint. Simile exemplum præbent Duces *Sabaudia*, qui post omnes titulos ultimo loco *Reges Cypri* se dicunt. BECKM. *Not. dign. D. III. c. 2. §. 3.* Ut adeo ex tali ordine, quem usus, vel acquisitionis ratio, & tempus, vel alia causa recipit, de majoritate dignitatis certi quid affirmari non possit, si adsint monumenta scilicet, quæ aliam rationem svadeant, ut bene monet MENOCH. *Conf. 51. n. 35.* *Conf. Jac.* GODOFR. *de præced. P. I. C. 2. §. 13.* Plane ordinem illum in tabulis Caroli V. immutatum esse, & *Brenense* axioma postpositum, constat. Et hodie Serenissimi Electores Saxoniæ Burggravii Magd. dignitatem præferre titulis Comitatuum, imo Comitatus etiam principali dignitate gaudentis, notissimum est. Quod & Sereniss. Domus Elect. Brandenburgica, & hodie Regia Borussica, quæ post Ducatus collocat dignitatem *Burggraviatus Norimberg.* atque Principatibus Halberstadii, Mindi, & Camini &c. eam præponit. Quo instituto & Principes reliqui inclutæ hujus Domus, qui in *Franconia* degunt, uti solent. Nec dubium est, Potentiss. Elect. Sax. idem facturum esse, si Burggraviatus Misnici axioma assumere placeret. Cœterum

terum cum tali tantaque *dignitate* polluerit *Burggraviatus* noster, atque sub vexillis una cum aliis feudis regalibus Fürsten und Fahn-Lehnen, concessus fuerit, ut vel saltem investiturae *Mauritii & Augusti*, de quibus supra actum, docent: WEHN. *Obs. Pr. voce* Vogtey, quis dubitaret, illum, sive officium, sive terras adjectas respicias, pro feudo dignitatis vor ein altes Würden Lehn habendum esse, vid. SCHILT. *ad C. 42. J. F. A. §. 2. & 21.* ITTER. *de feud. Imp. C. 3. §. 24.*

Jus suffragii in Comitiis.

§. XLVI. Porro dubium non est, *Burggraviatum nostrum*, ista in dignitate atque conditione immedietatis constitutum, ab omni aevo in censum illorum Procerum relatum fuisse, quibus jus suffragandi est in Comitiis Imperii. Nam & Comites jam sub Carolingicis, & postea, ad Comitia vocatos fuisse, satis notum est, & illa loca testantur, quae ex veteribus excerpsit CONR. *d. Comit. Imp. §. 7. & de Civit. Imp. §. 29. &* LEHM. *Ch. Sp. L. 5. c. 15. Burchardum* Burggravium, qui ap. *Fridericum I.* magnae autoritatis fuit, interfuisse Comitiis *Erfurtensibus anno 1170.* multumque ad negotia litesque componendas contulisse, quae inter Henricum Leonem, & Sax. Principes intercedebant, SPANG. vir, qui vetera monumenta studiose excussit, auctor est, *L. III. C. 1. de Comit. Querf.* Eundem *Burchardum* ad istum *Fridericum* 1174. una cum multis aliis Principibus venisse, idem scribit d. l. Habuit Comitia *Henricus IV.* apud Saalfeldam anno 1191. ad quae venerunt *Conradus Moguntinus, Ludolphus Magdeb. Archi-Episcopi, Berno Hildesiensis, Gardolphus Halberstadiensis Episcopi, Conradus Praepositus Aquensis, Conradus Palatinus Rheni, Bernhardus Dux Saxoniae, Conradus Marchio Landsbergae, Albertus Marchio Misniae, Fridericus Burggrav. Norimb. Adolphus Comes Scawenburgicus, Gebhardus Burggravius Magdeb. & alii.* vid. MEIB. *T. I. ad Histor. de Henrico Leone Gerhardi Stederb. p. 447.* Porro ap. SPANG. *d. l. L. 4. c. 2.* haec

hæc habentur: An. 1206. hielt Käyser Philipp einen Reichs-Tag zu Osenburg kurtz vor Fastnacht, und darnach noch einen zu Augspurg den 8. Septemb. und ist Herr Gebhardt Burggraff zu Magdeburg auf beyden Tagen nicht allein des Ertzstiffts (cujus sc. tuitor fuit & advocatus) sondern auch gemeiner Reichs-Sachen halber als ein hoch verständiger Herr mit zu rathe gezogen worden. In congressu Principum, qui a Philippi partibus steterunt, adfuit etiam *Gebhardus, Burggr.avius Magdeb.* tantæ auctoritatis vir, ut a reliquis cum Patriarcha Aquilejensi Romam mitteretur ad Pontificem, ut Philippum Papæ conciliarent. Factum id est anno 1207. teste *Abbate Ursberg. p. 237.* qui ita: *Decretum est igitur, quatenus nuncii mitterentur Romam, quod Philippum in gratiam summi Pontificis reducerent. Missi sunt igitur Viri nobiles & auctorabiles, Wolfgerus Patriarcha Aquiliensis & Gebvardus Burggravius Magdeburgensis, cum quibusdam ministerialibus Philippi Regis.* Qua de re late quoque agit SPANG. *Lib. 4. c.3.* Ex quo intelligimus, etiam apud *Ottonem IV.* hunc *Gebbardum* multum valuisse, interfuisseque anno 1209. celebri illi Curiæ Brunsvicensi, & comitiis Herbipolitanis, itinerisque, quod Cæsar Romam suscepit, comitem fuisse. Quæ res multum profuit *Alberto* Archiepiscopo, cum infensum experiretur *Ottonem IV.* SPANG. *d. l. cap. 4.* Præter ea, quæ ex locis supra §. 15. ex gestis *Wigberti* Filii, *Henrici* adduximus, nihil quidem obvenit nobis hucusque de gestis in Comitiis a Burggraviis. Sed quod pleraque neglexerint scriptores veteris ævi, ex eo non statim inferri potest, factum id non esse, aut *Burggravios* hosce immediatos conditionem, qua omnes Principes & Comites imperii gaudent, mutasse & amisisse. Forte etiam huc & illuc apud Scriptores & in archivis monumenta latent, quæ spectant ad hoc argumentum. Postquam etiam ad *Electores Saxoniæ Ascanios, & Misnenses* hæc dignitas pervenit, nihil de suffragio Burggraviatus

 Magde-

Magdeburgici reperiri mirandum non eſt, quum uſus veteris ævi tulerit, Principes, qui plures provincias poſſidebant, ſemel ſententiam dixiſſe: minimum monumentis inſertum non ſit, iteratis vicibus ſecundum numerum provinciarum id factum eſſe. Potuit tamen fieri, quod, poſtquam Electores in peculiare collegium conceſſerint, Electores Saxoniæ olim inter Principes ſeorſim tanquam Burggravii per alios ſuffragati ſint. Non dimiſere interim jus, quo æque ac *Norimbergenſes Burggravii* gaviſi ſunt, quos interfuiſſe comitiis tempore *Rudolphi I.* ex *Monacho Erfurtenſi* ad annum 1290. ENGELH. *Chr. p. 255. edit. Mader.* liquido conſtat. Qui ipſi in Ordin. Reg. 1500. tit. wie 6. Räthe, Statibus Imperii accenſentur, ibi: denen Marggraffen von Brandenburg, als Burggraffen zu Nürnberg. Quod pariter fit in *O. R. 521. §. 21.* Atque Sereniſſimi Marchiones Brandenburgici in Collegio Principum procul dubio, ſi non utrumque ſuffragium *Culmbacenſe & Onoldinum*, quo hodie utuntur, ſaltem unum horum Burggraviatui huic acceptum ferunt, quorum terræ in *Franconia* & *Voigtlandia* ex variis particularibus bonis, diverſis titulis quæſitis, conſtant. CHYTR. *in Sax. p. 383.* LIMN. *T. II. Lib. 5. c. 7. n. 8. Misnenſes* etiam Burggravios anno 1548. 1551. 1566. ſeſſioni & ſuffragio in comitiis uſos eſſe, Receſſus Imperii teſtantur. *Conf.* ALBIN. *C. M. Tit. 7.* Epiſcopus *Monaſterienſis* cauſam Burggraviatus Strombergenſ. agit apud LIMN. *Tit. 5. Lib. 4. c. 4. n. 87.* cujus deſideria Cæſareum decretum juvat. Subſcriptio Rec. noviſſ. Imp. docet, Legatum Monaſterienſ. etiam propter Burggraviatum huncce Comitiis adfuiſſe.

Lis de his mota Joh. Frid. El. §. XLVII. Dignitatem hancce, imo & ipſam immedietatem, & dependentiam muneris, & feudi hujus ab Imperatore & Imperio, in dubium vocare auſus eſt, tempore *Johannis Friderici*, Electoris Saxoniæ, *Henricus Dux Brunſvvicenſis.* Scilicet ſcripto illi, quod *Elector Saxoniæ* & *Philippus*

pus Landgravius Hassiæ 1539. miserant ad Electores Palatinum & Brandeburgensem occasione litium, quæ cum Henrico Brunsvvicensi intercedebant, inter alia, cum de controversia circa superioritatem civitatis Hœxeræ, quæ Cattum tangebat, ageretur, hæc inserta erant: Denn es folget nicht/ ich habe das Halß-Gerichte zu Hörter/ darum ist die Obrigkeit und Herrschafft mein/ Ingleichen möchten wir der Churfürst auch sprechen/ wir haben das Halß-Gerichte zu Halle/ darum ist die Stadt Unser/ der Exempel könten wir vielmehr anzeigen/ wiewohl etliche aus dem Grunde nicht gleich wären/ Dieweil wir der Churfürst solch Halß-Gericht haben/ aus einem **Fürstlichen Titul des Burggraffthums zu Magdeburg, und ohne Mittel vom Reiche, und also einen gewürdigten Titul.** Der aber das seine hätte/ aus einem Unter Titul, der keine Herrschafft giebt/ oder geben kan/ und wäre also minor Valvasor ein Unterbelehnter etc. HORTL. T. I. C. 5. p. 955. n. 59. Ad hæc Henricus: Der Churfürst zu Sachßen kann zu ewigen Zeiten nicht beweisen/ daß das Burggraffthumb zu Magdeburg ein alt Würden-Lehn/ und Feudum dignitatis sey/ das vom Heil. Reich zu Lehn rühre/ und denen alten Churfürsten zu Sachßen ie zu Lehn sey gelichen worden. Und ob er schon die Banns-Befehlungen Halle haben möchte/ so wäre doch solches ein nudum ministerium, der weder Schultheissen und Saltzgraven zu setzen/ noch zu entsetzen hat/ Alleine/ wenn dieselben von dem Ertz-Bischoff zu Magdeburg gesetzet und vereydet/ daß er ihnen den Bann aus Befehl und Ansuchung des Ertz-Bischoffes/ und also Krafft Desselbigen Gerechtigkeit den Bann befiehlet/ daß dieser Befehl nur ein schlecht und bloß Ministerium, eine That/ die keinen Grund/ oder Fundamentum juris hat/ HORTL. *d. l. c. 6. p. 997. n. 77.* Sed satis vindicavit Elector jus, dignitatémque suam in alio scripto, quod *Cap. 9. d. l. n. 104. ab* HORTL. exhibetur atque ostendit, Burggraviatum vetus feudum dignitatis esse. Provocat ad Chronica, atque ex illis patescere ait: Daß ein Burggraff zu Magdeburg ein Reichs-Stand/ und der vier Burggraffen einer/ auch am Standte der erstere vor Alters gewesen sey/ etc. literas investituræ, de quibus supra actum §. *24. seq.* atque vim istarum urget: Es

Insult. Brunsv.

redet

redet auch/ inquit, der gemeldete Kayserliche Begnadigungs-Brieff nicht von der Bannes-Befehlung zu Halle/ daß uns dieselbe und nur ein blosser knechtischer Dienst/ oder nudum und revocabile ministerium, wie der von Braunschweig untreulich sticht/ geliehen sey worden/ sondern saget/ sammt aller andern Käyserl. und Königl. Lehn-Brieffen von kräfftigen Bann/ cum juris effectu zuverstehen. So pflegen auch Röm. Käyser und Könige/ Churf. und Fürsten nicht mit blossen Worten und lautern Knechtschafften von des Reichs wegen zu begnaden/ sondern mit Krafft und Safft der Worte. § *109. 110.* Hæc cum diluere Brunsvicensis non posset, tabulas investituræ Sigismundi in dubium vocare ausus est, sed irrito conatu, ceu supra fuit dictum. §. *26.* Plura hac de re dd. ll. legi possunt, & apud STRAUCH. *Exercit. XI. th. 7.* Sane ipse Cæsar rem hanc ad se quoque pertinere arbitratus est, atque, cum Elector Saxoniæ cum Alberto Archi-Episcopo super causa Burggraviatus in arbitros compromiserit, ita censuit: Daß die gemeldte Burggraffschafft samt ihren darzu gehörigen Gerechtigkeiten von der Kayserl. Majestät und dem Reiche ohne Mittel zu Lehen rühre/ dahero ohne Kayserlicher Majestät Vorwissen und Bewilligung/ sich in einen Compromiss oder Anlaß zu geben und einzulassen nicht geziemet/ Das auch Kayserl. Maj. dieweil derselben solches an Ihre und des Reichs Obrigkeit und Lehnschafft zu mercklichen Nachtheil gelangen möchte/ zu gestatten nicht gemeinet sey/ HORTL. *d. l. L. V. C. 5. p. 1988. n. 10.* Porro Ordines Imperii confœderati in scripto, quod exhibet HORTL. *d. l. L. IV. C. 48. 8. 20. 19.* ægerrime ferunt, de hac re a Brunswicensi litem Saxoni moveri; Ita autem illi inter alia: Aber gleichwohl ist wahr/ und bleibet wahr/ und thut des von Braunschweig Neid nichts darwider/ daß die Churfürsten zu Sachßen das Burggraffthum Magdeburg mit seinen zugehörigen Gerechtigkeiten und Herrligkeiten von Röm. Kaysern und von Heil. Reiche über 100. Jahr zu Lehn/ Innhalts gegebener Lehn-Brieffe/ getragen/ So haben es ihre Vorfahren auch Churfürsten zu Sachsen des Geschlechts von Anhalt zuvor auch über anderthalb hundert Jahr gleicher gestalt in Lehn genommen. HORTL. *L. IV. C. 48. p. 1867. n. 20. seqq.* Denique etiam Arbitri, quos Elector *Saxoniæ* & *Albertus* Archi-Episcopus elegerant, cognita causa, ex Actis & proba-

probatis pronunciandum esse existimarunt: Daß dem Churfürsten zu Sachßen das Burggraffthum Magdeburg und Graven-Geding zu Halle / damit seine Liebe / als ein Churfürst zu Sachßen von dem Heil. Röm. Reiche belehnet / und derowegen desselben Tituls zugebrauchen zustehet. Imo & ipsa translactio Isleb. satis aperte testatur: Daß die Churfürsten zu Sachßen dasjenige / was sie als Burggraven zu Magdeburg in denen Städten Magdeburg / und Halle, und in gantzen Ertzstifft auf der Kayser und Könige Begnadung gehabt / von Reich zu Lehn getragen. Item daß das Burggraffthum ein sonderbahrer Stand des Reichs sey. vid. supr. §. 30.

§. XLVIII. Quæ cum ita sint, nescio, cur hæc jam dudum sopita, neglecta & sepulta disceptatio nostro hoc tempore iterum excitetur. Placuit præsertim litem hanc movere denuo *Nobiliss. Viro* in vicina Academia, qui licet *in Germ. Princ. Lib.5.Cap.2.p.78.* scripserit, *Burggraviatum pro Cæsarum arbitratu ab Ottonis M. temporibus, qui primus instituit Archi præsulatum, eique primum Burggravium, nomine Geronem dedit, variis Procerum Germaniæ familiis collatum fuisse, ut Billinganos, Harteccios, Waldeccios, Querfurtenses, Schrapelavienses aliarumque gentium Viros hoc titulo gavisos esse legamus; tandem vero in Rudolphum I. Saxoniæ Ducem, Alberti II. filium, hoc munus perpetuo jure a Rudolpho I. Cæsare delatum fuisse:* postea tamen sententiam mutavit, & in *Paradoxis Jur. §. 15. Differt. de Annatis Cap. 1. p. 19. & præsertim in Tr. de re monet. vet. German.* asserere veritus non est, *Burggravios Magdeburgicos mandatarios saltem & ministros Archiepiscoporum*, Ertz-Bischoffliche Gerichts-halter des Blut-Banns halber, *ac subvasallos fuisse Archiepiscopatus, ab Archiepiscopis investitos, atque ab his dependisse &c.* Quales flosculi etiam deprehenduntur in scripto, quatuor suffragiis, quorum instaurationem jure postulat potentissima Domus Elect. Saxon. opposito, publica, an privata auctoritate scripto? incertum, quod reperitur in *P.VI. Elect. Jur. publ.* nuper editorum, ubi & quæstio de *Resuscitatur Lis.*

Feudo dignitatis iterum resuscitatur. Sed frustra hæc omnino fieri, ex illis, quæ copiose disseruimus, satis, opinamur, patet, mirandumque, magnorum Principum Iura, pactis & transactionibus munita, tam indigne sæpe in dubium vocari, & lacessiri. Quæ tabulæ investituræ innuantur, quibus comprehensum sit: Beleihen Ihn (den Ertz-Bischoff zu Magdeb.) mit dem Blutbann, welches Recht Er durch einen Gerichs-Halter oder Burggraffen Hand habe, den Er sich nach eigenen Gefallen annehmen mag, cognitum nobis non est. Nisi ergo integre adducantur, quid de illis dicendum, in medio relinquimus. Non putamus tamen etiam ideo quid decedere dignitati Burggraviatus, nec pro Feudo dignitatis, Würden Lehn, habendum esse, quod ita in tabulis investiturarum haud dicatur: quod dubium excitatur ab Auctore scripti, *Elect. Jurispubl. nuper edit.* inserti. Nam si hæc illatio ullius momenti esset, nec Electoratus, nec Ducatus Feuda dignitatis essent, cum tabulis investiturarum, quæ propter hæc feuda exaratæ sunt, clausula ista haud facile inserta deprehendatur; quod tamen nemo temere dixerit. Ut taceam verba, investituris Saxonicis inserta: Ehren, Würden ꝛc. ad Burggraviatum quoque pertinere, & dignitatem illi innuere annexam.

An Burggraviatus sit penes Saxones cum jure suffragii hodie?

§. XLIX. Illud vero nunc saltim superest, ut antequam hac opera, quæ secus, ac constitutum fuit, quum primum manum ei admoveremus, excrevit, discedamus, adversus eos adferamus quædam, quibus ita sentire placet, ac si *Serenissima Domus Saxonica Electoralis Burggraviatu Magdeb. plane pleneque cesserit, ejusque totam substantiam per transactionem Isleb. transtulerit in Archiepiscopatum Magdeb. cum quo P. W transierit ad serenissimam Domum Brandenburgicam: nihilque, nisi titulus, insignia, & loca quadam, bonaque in memoriam pristini Juris, Electorali Domui Saxoniæ supersint;* atque ideo *Suffragio*, quod propter Burggraviatum Potentissimus

REX

REX POLON. & EL. SAX. jure sibi vindicat, nec ipse INVICTISS. CÆSAR in dubium vocat, sed auctoritate sua Cæsarea suffulcit, omnibus viribus - adversari. Suffragium Burggraviis olim competiisse negant, nec unquam ajunt per pacta investiturarum concessumtributumque esse, & sic nullam esse illius instaurationem: quodsi competiit olim, neglectum tamen & desertum esse jam dudum, atque sic reditui ad illud præscriptionem obstare, nec regulam, rebus meræ facultatis per præscriptionemo bicem non poni, huc trahi posse. Quin & si postliminii jure recuperari possit, non Saxonis, sed illius jus hoc esse, ad quem Burggraviatus pervenit, quem totum Ducatui Magdeburgico innexum perhibent. Ut non dicamus de illis, quæ de Matricula moventur, & in genere instaurationi suffragiorum in Collegio Principum ab iis, qui dissentiendi causas se habere opinantur, objici solent.

§. L. Nostrum quidem non est, circa controversias, quæ inter magnos Principes oriri possunt, vel ad illorum jura pertinent, arbitros nos constituere: non putamus tamen, peccare illos, qui & in Academiis solliciti sunt de iis, quæ pro tuendis juribus Domini & Patriæ in medium adferri possunt. Speramus itaque, vitio nobis verti haud posse, si pauca quædam & hic, quia occasio fert, ad ea, quæ allata, reponamus. Et quidem primo negandum non est, D. AUGUSTUM, Sapientissimum Principem, non quidem causæ suæ diffidentem, sed studio pacis cum Vicino, &, ut locum daret desideriis Principum, fœderis nexu unitorum, transegisse tunc temporis cum *Administratore Magdeb.* super controversiis, tum ratione *Burggraviatus*, tum etiam intuitu *Comitatus Mansfeld.* atque utrinque tandem, dato aliquo vel retento, illas compositas esse; & ita quidem, ut, uti *Administrator Magdeb.* variis juribus in *Mansfeldensi* Comitatu cesserit in gratiam *Electoris Saxonis*, ita

etiam *Saxo* jura, quæ habuit, quibusve usus est, tanquam *Burggravius Magdeb. Magdeburgi & Hallis*, & in reliquis *Archi-Episcopatus* partibus, dimiserit, atque in Administratorem Archiepiscopatus transferri passus sit. Sed tamen inde nullo modo sequitur, ipsum Burggraviatum dimissum atque translatum esse. Omnibus notum est, omnia pacta, omnes transactiones non nisi strictissimam interpretationem admittere, nec ultra ea, quæ verbis expressa, extendenda *L. 99. π. d. V. O. L. 31. C. d. Transact.* Dum itaque transactio ista de partibus quibusdam integrantibus Burggraviatus agit, deque illarum cessione, nulla causa est, cur cessionem hanc ultra illas partes ad totam substantiam, eaque sic etiam, quæ Burggraviatus dignitas extra vel præter illas partes abalienatas habet, trahere velimus. Et eo minus id licebit, quod Elector Sax. ea omnia, quibus non speciatim cessit, sibi suæque posteritati expresse reservavit, ut verba §. *30. p. 54.* adducta, satis testantur. Neque enim ab illis, qui a partibus steterunt Archiepiscopatus, ulla ratione reservato huic contradictum est, sed cautio saltem pacta, non obstante ista reservatione, cessa jura Archiepiscopatui salva fore, neque ea, quæ Banns-Befehl und Grafsen-Gedinge ꝛc. appellantur, tanquam pertinentias Burggraviatus literis investituræ super Burggraviatu inserenda esse, &c. Quæ ipsa cautio, dum nempe hæ partes Burggraviatus præscinduntur, firmat id, quod diximus, totum scil. non cessum esse, *a. L. 12. π. d. Jud. L. 12. §. 43. π. d. fund. instr.* Notari merentur præcipue verba: das S. des Churf. zu Sachßen L. unter den Schein, daß Jhre L. das Burggrafthumb Magdeb. mit seinen Zugehörungen von Römischen Käysern und Königen zu Lehn empfahen, sich itzo, und zu ewigen Zeiten keiner Bannes-Befehlungen ꝛc. und in suma gar keiner Gerechtigkeit, so zu den Burggrafthumb zu Magdeburg in denen Städten Magdeburg und Halla, und in gantzen Ertzstifft gehörig, sollen und wollen

wollen unterziehen, anmassen, üben oder gebrauchen. Quid quæsimus clarius ex illis patescere potest, quam hoc: cessis quibusdam pertinentiis vel partibus integrantibus, substantiam Burggraviatus, cum reliquis partibus non cessis, inclytæ Domui Saxonicæ relictam esse? Præterea non tantum Reverendissimus *Administrator*, ex inclyta *Brandenburgica Domo* ortum ducens, verum etiam ipse Serenissimus *Elector Brandenburgicus*, intercessoris partibus defungens, non ex falsa & erronea persvasione, sed ex certa scientia, ex antea gestis, & tam diuturnis litibus hausta, satis agnovere, daß ein Burggraff zu Magdeb. ein sonderer Stand des Reichs, und dasselbe Burggrafftthumb zu Magdeburg auf sondere Aemter, welche ausser dem Stifft Magdeburg gelegen, ausgesetzet. Atque ideo eo minus postulatis *D. Augusti*, reservatisque ejus cotradixere. Nec ideo ulla causa est, cur eorum Principum ministros inscitiæ accusemus, quibus tunc usi sunt, & ex eo impugnemus ipsam transactionem. Eo ipso vero, dum fassi sunt, Burggravium *peculiarem Statum* Imperii esse, intuitu certi territorii, eo ipso etiam concessum est, *essentiale, & formale Status Imperii* competere Burggraviis, *jus sc. sessionis & suffragii in diatis Imperii.* Fuisse etiam olim hoc jus Burggraviis, ex dictis §. 46. constat. Quod ideo in dubium vocandum non est, quod in tabulis investiturarum nulla ejus mentio fiat. Nam si huic argumentationi vis inesset, plerique Ordinum Imperii jure suffragandi destituerentur. Quotusquisque enim est, qui tabulas tales producere potest, ex antiquioribus præsertim? Non fuit enim olim in usu, investiturarum tabulis hæc speciatim inseri; quæ alioquin sub verbis Herrligkeiten, Würden, Ehren, Rechten, Hoheiten, &c. comprehenduntur. ITTER. *d. F. Imp. C. 8. §. 3. 4.*

§. LI. Plane *præscriptio* hac parte objici non potest, quam LL. Imperii ipsæ in hoc argumento improbant; *Præscriptio objici non potest.*

 dum

dum jubent, id agi, ut Status Imperii, qui suffragiis non usi, ad exercitium illorum perveniant. *R. I. 1570. §. 163.* Neque etiam hæc res natura sua talis est; in quam cadit præscriptio. Jus enim suffragii, quo civis ideo gaudet, quia civis est, utique ad res meræ facultatis pertinet; quandoquidem non ex jure aliquo speciali, sed ex jure universitatis fluit: neque etiam alterius interest, sive quis eo jure utatur sive non. Tales vero res, vel talia jura ob intermissionem exercitii, sive occasio nata sive non, non amitti, constans est Dd. opinio, quam ex jure communi *L. 2. π. d. Via publ. L. 9. §. 2. π. Ne quid in loc. publ.* satis comprobant. SCHILT. *Phil. Mor. C. 4. §. 20. & c. 8. §. 76.* STRUV. *Ex. 43. §. 22.* Et sane quousque quis status alicujus Reipubl. est & dicitur, & imperans & concives, vel constatus patiuntur illum esse statum & civem, eo usque non potest non jure suffragii gaudere, etiamsi actu secundo illud in exercitium non ducat. Implicat enim, civem vel statum esse eum, qui jure suffragandi & in commune consulendi non gaudet. Et quousque imperans vel constatus hunc vel istum patiuntur civem vel statum esse, non habent animum excludendi eum per modum præscriptionis ab isto jure, licet actu secundo eo non utatur. Itaque liberum est tali civi vel statui, ad neglectum diu etiam suffragium quocunque tempore redire. Et sane alibi diximus, LL. Imperii non præcise exigere, ut semper Status adsint, quod præsertim ex *R. J. 1500.* Wie man mit etlichen Ständen *verbis:* Nachdem auch ꝛc. patet. Vid. *Diss. de Com. Palat. §. 26.* Atque licet tunc res meræ facultatis utique amitti possint, si exclusio vel saltem contradictio ab alio accedat, illeque, qui prohibitus jure quodam uti, acquiescat, nec jus suum persequatur: nihil tamen horum Saxonibus hic objici potest. Regi *Bohemiæ* per aliquot secula quæstionem de qualitate status motam esse, nemo est, qui ignorat.

rat. Et licet ad diætas electionis admissus, denegatus tamen est usque ad hæc tempora accessus ad alios conventus Imperii. Hoc tamen non obfuit, quo minus die 9. Sept. 1708. non noviter introductus, sed ob pristinum jus, quod vindicavit, Darzu, ut Conclusa Imperii loquuntur, Ihro Käyserl. Majest. ohne disputirlich Recht und Befugniß gehabt, sessione & voto in Collegio Elect. iterum uti cœperit, & ad ea readmissus. Vid. *Canc. Stat. P. 13. p. 413. 421. seqq.* cur itaque illi hæc readmissio denegaretur, cui nunquam lis de isto jure hucusque mota fuit? Et si his vel illis per seculum & amplius licuit suffragia multiplicare, quoties provinciis noviter aucti sunt; vel si licuit iis, qui territoria diviserunt, cujuslibet partis intuitu peculiari suffragio uti, quod praxis docet, nec dissentientes negant; cur non etiam alii facultas pateat propter diversas provincias diversis suffragiis uti, eaque, si neglecta, instaurare? Et cum hæc in Collegio Elect. contigerint, nil sane causæ est, cur non & in reliquis simile quid fieri queat. Sane ad Collegium Civitatum Donavverda haud ita pridem postliminio rediit, & spes est, fore, ut *Argentoratum* & X. Alsatiæ civitates corpori huic restituantur, ex quibus *Landavia* in Germanorum potestate jam est, de qua re Collegium hocce causam gratulandi habet magis, quam querendi. Verum est, multitudinem suffragantium, de quo Collegium Principum sæpe queritur, incommodis esse obnoxiam, & sæpe obesse publicæ rei, longeque facilius negotia sive publica sive privata confici posse, si a paucis tractentur. Sed si huic argumentationi vis inesset, dici posset, & longe melius adhuc esse, si summa rerum penes unum sit, a cujus nutu omnia pendeant in Republ. a quo longe facilius ea peragi possunt, quam si a pluribus, etsi paucis, tractari debent. Notum est vetus dictum: εἷς κοίρανος ἔστω,

εἷς

εἷς βασιλεύς. Scilicet æſtimanda ſunt hæc omnia ex ſcopo & fine cujuslibet Reipublicæ, qui in noſtra Germanica civitate libertas cum ſit, cujus conſervandæ cauſa nunquam Germaniæ populi Regibus & Imperatoribus ſuis illimitatam poteſtatem concesserunt, nec etiam ad paucos jus ſuffragandi reſtrictum voluerunt. Ut adeo multitudo ſuffragantium ab incunabulis noſtræ Reipublicæ usque ad hæc tempora ſveta fuerit. Quin & ex Rec. 1570. §. 163. ſupra all. clare pateſcit, ſcopo hujus Reipubl. convenire, & intereſſe Reipublicæ, daß das Reich an ſeinen Gliedern, Stimmen, und Anlagen geſtärcket werde. Non itaque hæc multitudo eo trahenda eſt, ac ſi auctoritas ſuffragantium numero aucto, vileſcat. Et ſi huic vel iſti invidendum non eſt, quod ter quaterve, imo quinquies vel ſexies ſententiam dicat, & de novis acquirendis ſollicitus ſit; quo jure quæſo aliis vitio verti poteſt, qui jure ſuo utentes idem poſtulant. Quæ circa matriculam moventur dubia, nihil ad rem faciunt. Conf. ſupra §. 42. Matricula neque facit Statum Imperii, neque excludit ab hac qualitate, MAUR. *d. Matr.* §. *31.* Imo nec ipſa *contributio*, cujus cauſa matricula confecta eſt, ad eſſentialia Status Imp. pertinet, ſed ad naturalia ſaltem, quæ inſunt regulariter, qualia tamen abeſſe etiam poſſunt. Atque hinc licet novi Status ad contributionem adſtringantur *R. I.* §. *197. Cap. Joſ. art. 43.* poſſunt tamen Status eſſe, qui ab iſto onere immunitatem conſecuti ſunt: *Conf. Illuſtr. Autor. H. E. T. I. p. 166.* De reliquis, quæ in Aulis & Comitiis hac de re diſceptantur, videant alii, quibus major eſt earum rerum peritia. Nos finem ſcribendi facimus, Deumque precamur, velit potentiſſimo REGI noſtro, jura ſua ſtrenue vindicanti, felices ubique ſucceſſus largiri, Numineque ſuo efficere, ut cum PRINCIPE REG. Regiaque DOMO ac Electorali omnia ex voto agat, Regnoque & Provinciis, quibus imperat, tranquillitatem & priſtinum florem reſtituat, & ſervet! Tu vero, L. B. venia Tua nos dignare, ſi forte in re hac multis tenebris involuta, minus recte dicta vel neglecta deprehenderis.

FINIS.

